pellatur . ibid. Dividitur in legitimum , ratum , & consummatum . ibid. Definitur matrimonium , præsertim ratum , *Contractus viri , & semina legitimus , quo mutua corporum potestas traditur , gratia spiritualis collativus* . ibid. Ad hujus validitatem requiritur remoto omnium impedimentorum dirimentium , & proprius utriusque consensus de præfenti expressus coram Parocho , & Testibus . ibid. Qui consensus requiratur in matrimonio , ut contractus est , & quando valeat in ratione contractus . V. *Contractus Matrimonialis* . Tria sunt matrimonii bona , scilicet Prolis , Fidei , & Sacramenti pag. 139. Matrimonium fidelium , de fide est , esse elevatum a Christo Domino ad rationem Sacramenti . pag. 141. 142. Tale etiam est matrimonium haereticorum . ibid. & pag. 15. Secus vero matrimonium infideliū . pag. 142. Num evadat Sacramentum , saltem si postea baptizentur , & renovent consensum coram Parocho , & Testibus . ibid. Quæ sit materia , & forma Sacramenti matrimonii . ibid. & pag. 143. Num consensus mutuus sit necessario verbis exprimendus , ut valeat Sacramentum . ibid. Num saltem ex præcepto sint necessaria verba formalia . ibid. Qui sit minister hujus Sacramenti . pag. 144. Non requiruntur essentialiter verba illa Parochi *Ego vos conjungo , &c.* ibid. Qualiter tamen peccet Parochus illa omittens . ibid. Neque essentialiter requiruntur benedictiones nuptiales : sitne tamen peccatum , & quale , illarum omissione sine justa causa ? ibid. Secundæ autem nuptiæ non benedicuntur . ibid. Quæ intentio requiratur in contrahentibus , & num liceat aliquando fidelibus contrahere matrimonium nullum . ibid. & pag. 145. V. *Intentio* . Matrimonium inter absentes valide , & licite contrahiri potest , sive per nuncios , sive per literas , sive per Procuratores . ibid. Quomodo valeat in ratione contractus . ibid. & seq. Quomodo in ratione Sacramenti . pag. 147. & seq. V. *Procurator* Num , & quando necessario esse debeat in gratia principalis , nomine cuius procurator contrahit . ibid. & seq. Num , ut ipse procurator licite contrahat , debeat & ipse esse pariter in gratia . ibid. Matrimonium potest repeti , imo & laudabiliter aliquando conjuges privatum secum repetunt mutuum consensum . ibid. Matrimonium bona , vel mala fide contractum , V. *Conjux* , & infra . Quid agendum post matrimonium sic contractum . pag. 151. & seq. Ad matrimonii valorem requiritur assistentia Parochi , & testium . pag. 65. 73. V. *Clandestinitas* . Matrimonii Sacramentum num celebrari possit in loco interdicto , aut a personis specialiter interdictis . pag. 290. Num saltem in aliquibus casibus liceant in loco interdicto , vel personis interdictis benedictiones nuptiales . ibid. & pag. 291. Matrimonium , etiam cum virgine , quoisque durat , reddit maritum irregularēm , seu inhabilem ad ordines , exceptis tamen tribus casibus iure concessis . pag. 368. At quid , si post consummatum matrimonium putans bona fide , uxorem esse mortuam , initieris & sacris , & postea rescias eam vivere : & haec resciens te initiatum sacris consentiat , ut in his maneras separatus ab ipsa . ibid. Per matrimonium a sponsō cum alia contractum num dissolvantur sponsalia prius inita cum altera sponsa . pag. 132. Num soluto tali matrimonio per mortem , vel per professionem religiosam uxoris teneatur sponsus redire ad priorem sponsam , si ipsa velit . ibid. & pag. 133. Matrimonium potest esse invalidum , vel ex impedimento dirimente , vel ex defectu consensus . 148. An , & quando in utroque casu revalidandum . ibid. Obligatio revelandi impedimentum ante , vel post etiam matrimonium quos urgeat . a pag. 148. & seq. V. *Parochus* . *Episcopus* . *Confessarius* . Quomodo probari possit impedimentum ante matrimonium . pag. 149. An , & quomodo sit revalidandum matrimonium invalidum ob impedimentum dirimens . pag. 151. Num , quando unum tantum est in bona fide , fieri

fieri debeat certior de nullitate, itaut etiam ipse de novo libere, & absolute consentiat. ib. An, & quomodo revalidandum, si sit invalidum ex defectu consensu. p. 151. & seq. Hujusmodi autem defectus tripliciter potest accidere: vel quia consensus fuit fictus. p. 152. Vel quia fuit coactus. p. 153. Vel quia suspensus a conditione de futuro. pag. 154. & sequenti. Num ad revalidandum matrimonium invalidum ex consensu ficto sufficiat, si solus deceptor vere consentiat, an etiam requiratur novus consensus ex parte decepti. p. 152. & 153. Qui metum passus invalide contraxit cum Berta e. g. & nolens revalidare duxerit aliam, si postea impotens probare metum, cogatur, sive per excommunicationem, sive metu mortis ad cohabitandum cum Berta, ad quid teneatur. ib. Quid hic agere debeat, si, antequam duxerit aliam, cogatur etiam metu mortis ad habendam copulam cum Berta, cum qua coacte contraxit. ib. & seq. Num ad revalidandum matrimonium invalidum requiratur iterum assistentia Parochi, & testimoni? pag. 154. & 155. Matrimonium occultum denunciationibus omisssis, vulgo nuncupatum matrimonium conscientiae quando potest permitti. p. 85. Quid circa hoc decrevit Bened. XIV. ibid. & p. 86. Matrimonium ex metu initum, V. *Metus*.

Medicus. Medicina. Medicus num peccet dando pharmacum ægroto minus efficax reliquo efficaciori. t. 1. p. 57. Quandonam incurrat calum reservatum in diœces. Neap, omittendo admonere infirmum de Sacramentis suscipiendis. t. 3. p. 209. & 402. Medicus cum infirmo actuali nequit inire societatis contractum. t. 2. p. 109. Num possit licite petere, & dare medicinas excommunicato vitando. t. 4. p. 232. Medicus, seu chirurghus quando incurvant irregularitatibus ex delicto homicidi casuallis. p. 303. V. *Abortus. Pharmacopola.* Num etiam illam incurvant ex omissione. p. 308.

Melioramenta, alia sunt intrinseca rei, alia extrinseca. t. 2. p. 204. V. *Possessor.*

Mendacium in confessione circa materiam liberam probabilius est tantum veniale. t. 3. p. 266. Circa materiam necessariam est grave sacrilegium. ib. & seq. Qui confitetur mortale, de quo dubitat, an antehac sit confessus, num teneatur dicere, se de hoc dubitare. ib. Num valide confiteatur, qui dicit, se velle confiteri generaliter, & peccatis alias confessis misceat nova, quin dicat, illa non esse antea confessum. ibid. & seq. Vel, qui ex necessitate confitens huic confessario e. g. cui ex justa causa tacet aliquid peccatum, id ab eo interrogatus neget. p. 267. Vel, qui mentitur circa individuum physicum peccati? ib.

Mendicantes. Privilegia uni Mendicantium ordinum concessa etiam principaliter intelliguntur concessa aliis ex Pio V. tom. 1. p. 158. Confessarii mendicantes, & qui cum his communicant in privilegiis, in quo possint dispensare pro foro conscientiae. p. 134. & 135. Num possint vota commutare, vel in iis, aut juramentis dispensare. ib. Quæ privilegia habeant circa Eucharistiae administrationem. t. 3. pag. 90. Possunt cum suis subditis religiosis bigamis dispensare ad sacros ordines. tom. 4. p. 326. Item in irregularitate orta ex homicidio voluntario, sed occulto. pag. 412. Item orta ex mutilatione etiam occulta. p. 314. V. *Quæstor.*

Mercator. Mercatores num excusentur a mendacio, aut perjurio, si dicant verbis hyperbolicis, vel etiam jurent, se non posse tali præcio merces vendere, vel eas sibi pluris constare? tom. 1. p. 264. Si Mercator venderet alicui merces pretio summo bona fide, si ille ipsi revenderet minoris, num mercator committeret usuram, vel injustitiam. t. 2. p. 75. Num teneatur quidquam restituere, si sine dolo ex intentione tamen damnificandi mercatorem vicinum, emptorem invitet ad suam officinam? p. 197. 198.

Meretrix. Num licite locari possit domum meretrici? tom. 2. pag. 124.
Ex contractu, et si illico cum meretrice, num tenearis illi ex. grat.
pretium solvere. pag. 13. Ad quid teneatur, qui per vim copulam
extorsit a meretrice. pag. 340. Si meretrix nupsit, & pariat septimo
a nuptiis mense, ejus partus censendus sit legitimus. tom. 4. pag.
329.

Mexx est *Quævis res vendibilis*. t. 2. p. 82. Quæ ista sit. ibid. & seq.
Hujusmodi non est beneficium ecclesiasticum, & reliquæ res sacræ. p.
82. Num sint talia officia temporalia. ibid. V. *Emptio, & venditio*.
Ad quid tenearis, si emas, vel vendas mercem furtivam. p. 85. & seq.
V. *Gabellæ*.

Metus est *Mentis trepidatio ob periculum imminentem, vel futurum*. t. 1.
p. 18. & 19. & t. 2. p. 24. Alius est gravis absolute talis, vel tantum
respectiva, alius levis. t. 1. p. 19. & 20. & t. 4. p. 42. & 43. Differt a
vi absoluta. t. 1. p. 18. Potest incuti, tum ab extrinseco, tum ab in-
trinseco, tum juste, tum injuste. ib. Actus contra conscientiam posi-
tus ex metu levi, aut gravi, num, & quando sit peccaminosus. p. 21.
& seq. Num sit peccaminosus, si hujusmodi metu positus sit contra le-
gem naturalem, divinam, positivam, aut humanaam. ibid. Metus levis
juste, vel injuste incusus non impedit valorem contractus, uti nec me-
tus gravis proveniens ab intrinseco, nec metus gravis juste incusus. t.
2. p. 25. Metus gravis ab extrinseco, et si ab altero contrahente injuste
incusus, non irritat contractum spectato jure naturali. p. 26. & 27.
Num contractus ex tali metu initus possit rescindi. ibid. Num aliquis
contractus initus ex metu gravi injuste incusso sit ipso facto irritus ju-
re positivo. p. 28. Sponsalia inita ex metu, V. *Sponsalia*. Num incur-
rat reservationem, qui compulsus metu committit casum reservatum.
t. 3. p. 330. & 331. Approbatio ex metu extorta, V. *Approbatus*. Valet-
ne ordinatio facta ex metu? pag. 170. V. *Ordo*. An liceat ministro ob-
iectum gravem dissimulare Sacraenta. pag. 43. & seq. Metus levis,
vel gravis, qui proveniat ab intrinseco non dirimit matrimonium. t.
4. p. 40. & seq. Solus metus gravis injuste ab extrinseco incusus ad
finem extorquendi matrimonii dirimit matrimonium jure tantum ecclie-
siastico. p. 15. & a p. 41. ad 44. Idque verum est, etiam tali matrimonio
addatur juramentum. pag. 42. Num etiam metus reverentialis dirimat
matrimonium. pag. 43. V. *Preces. Blanditiæ. Judex*. Num irritum
sit matrimonium ex gravi metu contractum, qui juste quidem incutit
posset ab aliis fines, re ipsa tamen de facto incutitur ad extorquen-
dum matrimonium. pag. 44. Num peccet matrimonium contrahens
ex metu gravi injuste incusso. ibid. & pag. 45. Quam poenam incurrat
ad id cogens? ibid. & pag. 46. Quid agere debeat, si deinde cogatur
ad copulam? V. *Impedimentum publica honestatis*. Censura ex me-
tu gravi lata sitne valida? pag. 205. & seq. Ab ejus incursu non ex-
cusat metus levis. pag. 216. Num saltem excusat metus gravis ab
incurrēdis censuris impositis delictis prohibitis jure naturali, ac di-
vino, aut saltem ecclesiastico. ibid., & pag. 217. & seq. Num excu-
sat censuratum ab exequendis effectibus censuræ jam incurrit? pag. 218.
Num metu gravi coactus excuseris a communicando cum excommuni-
cato vitando. pag. 236. Qui ex metu gravi permittit se rebaptizari,
sitne irregularis. pag. 316. Quid de rebaptizante ex eodem metu.
ibid.

Miles. Milites num possint communicare, & in quo cum ducibus vitan-
dis. t. 4. p. 235. Quando evadere possint irregulares. p. 322.

Minimi quid possint circa minuendum numerum Missarum, quando lega-
tu[m] e. g. evadit notabiliter tenuerit. t. 2. p. 304.

Minister Sacramentorum. V. *Sacramentum*,
Minor, seu *Minorennes* num possit contrahere. tom. 2. pag. 19. & 20.
tom. V.

Num donare mortis causa. p. 43. Quando teneatur commodatum custodire. p. 59. Si accipiat pecuniam mutuam, quam profudit, nihil tenetur restituere. p. 278. V. *Curator*.

Minores Religiosi, quid possint circa minuendum numerum missarum? t. 2. p. 304. V. *Minimi*.

Missa Sacrificium, V. *Sacrificium Missæ*.

Modus est *Qualitas adjecta contractui*. t. 2. p. 9. Alius dicitur in diem, alius demonstratio, alias causa, alias pena, alias evictio. ib. & t. 4. p. 107. Differt modus a conditione. ibid.

Moharrat contractus quid sit? t. 2. p. 75. Est illicitus. ib.

Molitiae, V. *Luxuria*.

Monachus. *Monasterium*, V. *Religious*. *Regularis*. *Prelatus Regularis*. *Superior*. *Abbas*, &c.

Moneta. Monetam cambiens, V. *Cambium*. Monetam falsificans quot peccata committat? t. 2. p. 245. Num, & cui restituere debeat eam falsificans. ib. & seq.

Moniales, aliæ sunt exemptæ a jurisdictione Episcopi, aliæ non. t. 3. p. 332. Omnes incurunt casus reservatos Papales. ibid. Num etiam Episcopales? Vel reservatos in illa Religione, cui ipsæ subduntur in spiritualibus. ib. *Clausura Monialium*, V. *Clausura*. Moniales num possint esse matræ in baptismo. p. 61. Vel in confirmatione. p. 73. V. *Approbatus ad Moniales*. Num tempore jubilæi possint Moniales sibi eligere in Confessarium, approbatum ab Episcopo pro secularibus. pag. 306. Loquentes cum Monialibus incurunt casum reservatum cum excommunicatione in Diœces. Neapol. pag. 391. & seq. Num excusentur a tali incursione ob necessitatem, vel materiae parvitatem? ibid. Num incurant etiam seminæ, Episcopi, pauperes, famuli, parvuli, pag. 392. Num etiam consanguinei, vel alii loquentes cum Abbatissis, Priorissis, vel Novitiis, Educandis, &c. ibid. & seq. Quid de Religious. ibid. Num incurant etiam hunc casum consanguinei in primo, vel secundo gradu, vel qui habentes licentiam loquendi, vel loquentes cum Abbatissa, &c. agant de obscenis, &c. pag. 393. & sequenti. Num aliquando excusari quis possit a tali incursione. ibidem.

Monopolium est *Cum unus, vel plures efficiunt, ut ipsi solum aliquod merum genus vendant, vel certo pretio vendant*. t. 2. p. 89. Fit autem 4. modis. ib. & seq.

Montes Pietatis qua ratione exigentes in mutuo aliquid ultra sortem excusentur ab usura. tom. 2. pagin. 72. Num possint accipere etiam pignora. ibid. Illis plus licitum est exigere, quam privatis. ibid. Montes mixti etiam sunt liciti, si auctoritate publica sint fundati. ibidem.

Moralitas actuum est eorum bonitas, vel malitia. t. 1. p. 4. & 5. V. *Bonitas*. *Malitia*. *Liberum*. *Voluntarium*.

Moribundus potest absolviri a Ministro, qui non est in gratia etiam citra hujus culpam. tom. 3. pag. 36. Confessarius num teneatur adire ad confitendum moribundum maxime rudem, &c. t. 1. p. 328. V. *Seripulosis*. *Extrema Unctio*. *Parochus*. *Interpres*. *Impotentia physica*. Moribundus est constitutus in gravi necessitate suscipiendo Eucharistiam, et si confessus fit. t. 3. p. 100. Quando verificetur quod sit in mortis articulo. pag. 270. Tunc licet moribundo confessio formaliter tantum integra. ib. Si nequit loqui, ex quibus signis possit arguere Confessarius, illum petere absolutionem. ibid. Si signum sit dubium, possit absolviri sub conditione. ibid. Quid, si hic moribundus, neque per se, neque per alium dederit penitentiae signum? pag. 271. Num possit absolviri, qui actualiter peccando destituitur sensibus. ibid. Vel catholicus in duello, vel adulterio confessus, si supersit aliquod tempus ante

te mortem . ibid. Si sit infidelis , vel hæreticus , vel fidelis iam mortuus , et si signa ante dederit pœnitentiæ , nequit absolvii . ibid. Num quilibet Sacerdos possit moribundum absolvere licite & valide a quibuscumque peccatis , & censuris . pag. 287. & seq. Num etiam simplex Sacerdos , si præsens sit alius approbatus . ibid. Num dicta procedant in mortis periculo æque ac in mortis articulo . p. 289. V. *Baptismus*. V. *Reservata* , &c. Moribundus per simplicem Sacerdotem a quibuscumque peccatis reservatis absolutus , si convalescit , non tenetur se fistere superiori , cum ab iis fuerit tunc directe absolutus . p. 288. & 322. Quod si tunc dicere ea non potuit , satis est , si inde ea aperiat cuivis Confessario. ib. Num idem diçendum de censuris . ib. V. *Excommunicatio*. *Juramentum*.

Mulier se ornans , & virorum aspectui se offerens num pectet peccato scandali . t. 1. p. 348. & 349. Num possit fidejubere . t. 2. pag. 135. Num possit aliquando excusari ab excomm. ingrediendo Monasteria Monialium? t. 4. p. 273.

Muliones num excusentur iter agentes die festo jumentis oneraçis , &c. t. 1. p. 297. & 298.

Munus. Munera alia sunt realia , alia personalia , alia mixta . t. 2. pag. 145. 146. V. *Judex*. Quæ munera possint Regulares elargiri? pag. 310.

V. *Regulares*.

Mutilatio - *Mutilator*. Mutilator est *Qui homini integrum membrum in-juste abscedit* . t. 2. p. 327. Vid. *Homicida*. Mutilatio est *Membri ab-scissio* , seu *obruncatio* . tom. 4. pag. 311. Sic mutilans incurrit irregularitatem ex delicto , & extenditur ad mandantes , consulentes , &c. ib. Num incurras irregularitatem , si sine abscissione debilites alteri mem-brum , itaut fiat ineptum ad proprium officium . pag. 312. Vel alte-ri mutiles membrum aridum , & inanime . ibid. Vel qui aliquem obœxcat . ibid. Vel mutilat membrum cadaveris . ibid. Num sit ir-regularis , qui alteri mutilat partem membra . ibid. & pag. 313. Vel qui amputat sibi met membrum , vel partem membra . ibidem . Num in dubio facti mutilationis debeas te gerere irregulararem . pagina 314. In hujusmodi irregularitate quis valeat dispensare . ibi-dem .

Mutus num teneatur ad restitutionem . tom. 2. pag. 234. & seq. V. *Re-stitutio* . Vel ad Missam audiendam die festo . t. 1. p. 306. Vel ad su-mendam Eucharistiam tempore paschatis . tom. 3. p. 100. Quomodo confiteri debeat . p. 269. Mutus est irregularis . t. 4. pag. 334. Quid , si sit tantum blaesus , balbus , carens dentibus , &c. ib. Si pœnitens sit mutus num confiteri teneatur scripto , vel nutibus . t. 3. pag. 269. V. *Custos mutus*.

Mutuum . *Mutuans*. *Mutuatarius* , V. *Usura*. Mutuum est *Traditio rei in suo genere functionem recipientis facta eo animo* , ut statim fiat ac-cipientis cum obligatione , ut similis specie , & bonitate restituatur . tom. 2. p. 60. Quando perficiatur . ibid. Differt a commodato , depo-sito , &c. quia transfert statim in mutuarium dominium . ibid. Differt a donatione . pag. 61. Quæ similitudo sufficiat in mutuo? ibid. Quid interstis inter mutuum pecuniarium , & frumentarium , aliarum-ve mercium . ibid. Mutuans ad quid teneatur . ibid. pag. 62. Ad quid mutuatarius . pag. 63. Num mutuatarius teneatur solvere usuras vi promissionis , vel juramenti . p. 64. Num possit licite petere mutuum ab usurario . pag. 64. Tres sunt tituli exigendi aliquid ultra sortem in mutuo: *Lucrum cessans* , *Damnum emergens* , *Periculum amittendæ fortis* . ibid. Debet tamen austarium esse justum , & de eo monere mutuatarium . ibid. Quodnam sit lucrum cessans . ibid. Ob hoc licite potest exigi aliquid ultra sortem , non tamen in extrema proximi ne-

cessitate: idque verum est , sive mutuas vi , sive sponte .⁷ ibid. Num possit pacisci pretium certum , & determinatum pro spe ipsa lucri , vel pretium incertum pro ipso lucro . ibid. & pag. 67. Num liceat exigere aliquid pro lucro cessante , & si habens alias pecunias otiosas subtractas negotiationi illam , quam mutuas . ibid. Vel , si , antequam petatur mutuum , subtractis pecuniam a negotiatione , ut alteri , quem scis petitum , possis mutuare . pag. 68. Vel si ob pecuniam negotiationi subtractam pro mutuo te applies aliis industriis , &c. ibidem . Vel si pecuniam , quam mutuas , destinaveras negotiationi tantum sub conditione , nisi scilicet a te peteretur mutuum . ibid. Vel demum per hoc , quod in mutuo pecuniae nondum negotiationi destinatae prives te spe incerta illam destinandi in futurum . ibid. Damnum emergens quid sit . ibid. Quid requiratur , ut pro eo possis aliquid exigere ultra sortem in mutuo . ibid. Num debeat esse liberum mutuariario pacisci , vel de damno , vel de periculo damni . ib. & p. 69. V. *Usura* . Periculum amittendæ sortis aliud est mere possibile , & ob id nihil potest exigi ; aliud est proximum , prudens , &c. & ob hoc potest aliqui exigi taxandum prudentium judicio . pag. 70. Idque multo magis , si mutuans in se suscipiat periculum rei mutuatæ . Quomodo explicandus textus ille cap. *Naviganti , de Usuris* ? pag. 70. Si accipiatur pignus , vel habeatur fidejussor , non potest aliquid exigi ratione periculi . ibid. & sequent. Num possit etiam aliquid accipere mutuans Principi . pag. 71. Num liceat pacisci , ut mutuarius , si non restituerit tempore statuto , aliquid ultra sortem solvat in pœnam suæ moræ , ibid. & seq. Num liceat percipere fructus ex pignore dato a mutuariario in securitatem sortis . ibid. Num possis aliquid ultra sortem exigere , eo quod mutuando privas te consolacione tuæ pecuniæ , &c. pag. 72. Vel ex eo , quod pecunia præsens , quæte privas , censeatur melior illa restituenda a mutuariario . ibid. & pag. 73. Vel ex eo quod mutuans , te obliges ad non repetendam sortem intra certum tempum . ib. & p. 74. Vid. *Apodixæ . Usura , &c.* Qui scit , vel probabiliter credit , se non posse restituere , num possit pecuniam mutuo , vel ad censem accipere . pag. 62. Num mutuans teneatur ad restitutionem , si ipse animo usurario accepit remunerationem , quam omnino liberaliter mutuarius ei dedit ? pagina 74 & sequenti.

N

Narratio peccatorum mere historica facta Confessario num sufficiat ad confessionem ? t. 3. p. 236. & 251. **Necessarium** ad salutem , aliud dicitur tale necessitate medii , aliud necessitate præcepti . t. 3. p. 14. & 202. **Necessaria** necessitate medii alia sunt in re , alia saltu in voto . ib. & seq. **Necessitas** , V. *Furtum* . Duplex est extrema proximi necessitas , corporalis scilicet , & spiritualis . tom. 1. pag. 327. & tom. 2. pag. 266. V. *Penitentia Sacramentum* . Utrique tenemur sub gravi succurrere . tom. 1. pag. 328. Num tenearis cum propriæ vitæ discriminè subvenire proximo constituto in extrema necessitate salutis æternæ . ib. Vel in extrema vitæ necessitate . p. 328. & 329. Nisi succurras , quantum potes , & debes , indigenti extreme , num probabiliter pecces tantum contra charitatem . pag. 329. Num ille possit a te surripere . ib. & t. 2. pag. 329. Num tamen tu tenearis illi dare gratis , si alibi habeat , vel habebit , &c. t. 1. p. 281. Num tenearis cum propriæ vitæ discriminè subvenire

venire Reipubl., vel personæ ei maxime necessariæ in extrema, vel quasi extrema necessitate. *ibid.* & p. 330. Num licite possis te in dis-
trimentum vita exponere ad subveniendum proximo extreme indigenti,
pag. 331. Quis ordo charitatis servandus sit in extrema plurium pro-
ximorum necessitate spirituali, vel temporali. *ibidem.* Extrema ne-
cessitas num excusat a restitutione. tom. 2. pag. 266. & 267. Num
debitor teneatur restituere, si ipse, & creditor sint in extrema ne-
cessitate constituti. *ibid.* An teneatur saltem transacta extrema ne-
cessitate. *ibid.*, & pag. 268. Vid. *Fur.* Quæ sit gravis proximi ne-
cessitas corporalis. tom. 1. pag. 331. , & tom. 2. pag. 264. Alia bona
sunt necessaria vita, alia superflua vita, sed non statui, alia utriusque
superflua. tom. 1. pag. 331. Num ex superfluis statui tenearis succur-
rere gravi proximi necessitatibus. *ibid.* Quid de superfluis vita. pag. 332.
Num graviter indigens possit a te surripere superflua tuo statui. *ibid.*,
& tom. 2. pag. 281. & 282. Quo ordine succurrendum in gravi plu-
rium necessitate. *ibid.* Gravis necessitas, quamdiu durat, excusat a
restitutione. tom. 2. p. 264. Num tamen licet in ea surari. *ibid.* &
seq. Si sit perpetuo duratura, num debitor sit perpetuo liber a res-
stitutione. pag. 265. Quid, si sit in gravi necessitate cum creditore. *ibid.*
Num teneatur cum iactura status injuste acquisiti. p. 266. Num te-
neatur minuere victimum, familiam, &c. ib. Num excusat a res-
stitutione ex gravi necessitate suorum, vel proximi. *ibid.* Quæ sit communi-
nis proximi necessitas. tom. 1. pag. 232. & t. 2. p. 264. Hæc num ex-
cusat a restitutione? p. 265. & 266. Num ex statui superfluis tenearis
succurrere pauperibus communiter indigentibus. t. 1. p. 332. Præsertim,
si sis dives. *ibid.* Alter satistacere debent huic obligationi Ecclesiasti-
ci beneficiati, alter *Laici*. p. 333. Quis ordo servandus in communi-
proximorum necessitate. p. 334. Quæ necessitas communicandi cum
excommunicato vitando excusat a culpa, & poena? t. 4. p. 236.

Negotiation est Cum quis emit mercem eo animo, ut integrum, & non
mutatum, vendendo alii, lucretur. t. 2. p. 90. De se non est illicita.
ibid. Cui tamen prohibita sit. *ibid.*, & seq. Exponitur hac super re
recens *Constit.* *Bened.* XIV. p. 92. Quando propriæ non est negotia-
tio, sed potius industria etiam *Clericis*, & *Monachis* licita? p. 91.

V. *Religious*. *Clericus*, &c.

Negotia gesta quæ sint; & quæ obligatio inde oriatur tam in gerente
alterius negotium, quam in eo cuius negotium geritur? tom. 2. p.
137. & 138. Num ea gerens possit sibi reficere labores, & expensas.
ibid.

Neophytus. Qui propriæ sit *Neophytus*? t. 4. p. 336. & 337. Estne hic ir-
regularis ex defectu animi? *ibid.* Pro quo tempore quis censendus sit
neophytus. *ibid.*

Nomen. Nominis divini vana usurpatio quæ sit? tom. 1. p. 248. Est de
venialis, præciso contemptu, scandalo, &c. *ibid.* Si flat ex indignatione
in Sanctos, vel in Deum, est blasphemia. *ibid.*

Non obscurans, non manifestans, non impediens, V. *Restitutio*.

Notarius conficiens scripturam falsam in damnum tertii, &c., num
teneatur etiam publice se aliquando retractare. t. 2. p. 263. & 264.
Quando evadit irregularis. tom. 4. p. 321. Num famulus notarium ad-
juvans transcribendo scripturam, in qua continentur sententia sanguinis,
& ipse evadat irregularis. pag. 322. Notarius, et si peccet, si
tempore excommunicationis officium acceptet, valide tamen institui-
tur. p. 246.

Notorietas. *Notorium*. Notorietas, alia est juris, alia famæ. tom. 4. p.
226. Crimen autem etiam tripliciter potest esse notorium: jure, facto,
fama. tom. 2. p. 313. V. *Detractio*.

Novitas in fide, V. *Neophytus*.

Novitius. Novitiatuſ. Novitius. Novitius quid possit donare inter vi-
vos . tom. 2. pag. 38. Vel mortis cauſa . pag. 43. Num possit testa-
ri . pag. 48. Num negotiari . pag. 90. Num reneatur ad Horas .
tom. 1. pag. 218. Num , & quos caſus reservatos incurrat . tom. 3.
pag. 331. Cui possit confiteri . pag. 302. & seq. Praeſertim , si ha-
beat reservata . pag. 341. & seq. Novitii a quibus accipere possint ,
vel debeant testimoniales pag. 183. Nequeunt ascendere ad ſacros
ordines , niſi titulo beneficij , pensionis , aut patrimonii . pag. 199.
Si ordinentur in Sacris titulo paupertatis Religioſæ , incurrit fuſ-
pensionem ; & , fi in ordine ſic fuſcepto miniftrient , irregularitatem .
p. 200.

Novitiæ Monialium , Vid. Claſſura . Sepultura Eccleſiaſtica . Si quis
vovit ingredi Religionem , & bona fide novitiatum ingressus ex iuſta
iuxta cauſa exeat , poteſt licite matrimonium contrahere . tom. 4. p.
80. & 81. Novitius autem , etiā nullum votum emiferit , nequit ma-
trimonium licite contrahere . ibid. Num poffint Novitius , vel No-
vitia communicare cum ſuis ſuperioribus vitandis ? pag. 234. & 235.
Novitiatus tempore non diſſoluitur matrimonium ratum . pag. 158.

Nuncius matrim. V. Procurator .

Nundinæ num liceant die festo . t. 1. p. 298.

Nuntius Apoſtolicus poteſt in dispensationibus pro ſua provincia , quid-
quid poteſt Epifcopus in ſua Diocesi . tom. 1. pag. 134. Num poffit
approbare ad confeſſiones . tom. 3. pag. 298. Num poffit aliquando
diſpenſare in temporibus ordinationum . pag. 189. Poteſt pro ſua Pro-
vincia , & ordinare , & dimiſſorias concedere . pag. 180. Imo Ultra-
montani , & alii nati extra Italiam , debent (fi velint ordinari intra
Italiam) Nuntius Apoſtolicis oſtendere dimiſſorias , &c. ib. Num po-
ſint in Religioſos ferre censuras . t. 4. p. 194.

Nuptiae. Nuptiarum Benediçcio , &c. V. Matrimonium .

O

Obedientia . Quid ſpecialiter dicendum de obedientia filiorum relate
ad matrimonium . tom. 4. p. 60. , & seq. Vid. *Filius* . Num fi-
liae , petito confilio parentum , fi adhuc contra horum voluntatem
ineat matrimonium , negari poffit dos ; vel , fi nuberet indigno , pri-
vari poffit alimentis ? ib.

Obex Sacramentorum , aliud eft poſitivus , aliud mere negativus . tom. 3.
pag. 49. & 50. Num ipſo remoto revivificant Sacramento quoad cau-
ſam gratiam , & venialia remittenda ? ib.

Oblivio , Vid. Ignorantia .

*Observantia vana eft , Que credit , mediis improprioſionatis aliquid obti-
nere .* tom. 1. pag. 240. Eft ex toto genere mortalitatis . ibid. Quæ ſint
media iſthæc improprioſionata . ib. & p. 241. V. *Dubium* . Quid de
vana obſervantia in verbis , aut rebus ſacris , aliisque operibus vir-
tuolis , aut indifferentibus . p. 242. & seq. Quid in rebus , vel cauſis
naturalibus ? ib. , & seq.

Obſeffus num poffit teſtari ? t. 2. p. 47.

Obſeffus. Si dæmon in obſeffo dicat , alicubi eſſe theſaurum , &c. num
licitum ſit experiri , inquirere , &c. t. 1. p. 234. Num obſeffus danda
ſit Euchariftia tempore paſchatis . t. 3. p. 102.

Obſtetricia . Infantes baptizati ab obſtetricie , vel dubie , vel certe vene-
fica ſunt rebaptizandi . tom. 3. p. 66. Quid fi obſtetricia ſit integræ
famæ . ib. Porro quæ ſit in hoc conſuetudo ? ib.

Occaſo petrandi , alia eft proxima , alia remota . t. 3. p. 419. Num ver-
ſans

sans in occasione remota possit absolvī . ibid. Quid , si versetur in proxima . ib. Num possit absolvī , antequam tollat occasionem proximam peccandi , dummodo serio promittat eam sublaturum . ibid. V. *Concubinarius* . Quid , si talis occasio sit ei necessaria . ibid. Vel contra , si potens quis cum aliquo suo incommodo eam tollere , nolit . ib. , & p. 420. Vel , si directe , vel indirecte querat occasionem proximam peccandi pro bono spirituali , vel temporali suo , vel alterius . ibid.

Odium peccati , V. *Contritio* . Odium , detractio , &c. contra parentes suū diversæ speciei ab aliis . t. 3. p. 2. 8. Qui veniant nomine parentum . ibid. Odium proximi quod peccatum sit . ib.

Odium Dei directe opponitur charitati . t. 1. p. 211. Est peccatum per se grave , nullam admittens materiæ levitatem . ib.

Odium proximi aliud est abominationis , aliud inimicitiae . Num hoc sit semper mortale ? Illud regulariter peccatum non est , nisi cadat in personam . pag. 342. Num quodvis odium proximi sit ejusdem speciei . ib. Odium inimicitiae in quo differat ab ira , indignatione , vel appetitu vindictæ . p. 343. Vel ab invidia . ib.

Officium divinum , V. *Horæ Canonicae* .

Officia publica sunt officia Tutoris , Procuratoris , &c. t. 4. p. 245. Num hæc officia valide , et si illicite , exerceantur ab excommunicato etiam vitando . ib. V. *Tutor* . *Advocatus* , &c.

Officia divina quæ sint ? pag. 285. Hæc prohibentur active , & passive tempore cuiusque interdicti . ib. Porro tempore interdicti localis generalis aliqua divina officia permittuntur Clericis in Ecclesiis , & Monasteriis . ib. Quæ autem sint hæc officia , & quid veniat nomine Ecclesiarum , Clericorum , &c. ? ib. & p. 286. Ut autem Clerici hujusmodi officia licite exerceant tali tempore , quatuor conditions sunt eis servandæ . ibid. & seq. Sunt & aliquæ festivitates anni , in quibus ex c. *Alma Mater* licet missas , & divina officia publice & solemniter celebrari sine præfatis conditionibus , exclusis tantum excommunicatis denunciatis : num etiam interdictis ? pag. 288. Utra ex his duabus concessionibus militet in interdicto speciali locali , vel in interdicto generali populi ? ib. Sunt tamen aliqua , quæ non prohibentur tempore cuiusvis interdicti . ibid.

Omissionis peccatum , V. *Peccatum* . *Homicidium* .

Onera ordinati , V. *Ordo* . *Tonsoratus* . *Diaconus* , &c.

Opera Satisfactoria , V. *Satisfactio Sacramentalis* .

Opinio probabilis , seu *Probabile est* *Quod nimirum motivo non quidem certum* , sed tamen gravi , solidi , magnique momenti , itaut movere possit virum prudentem ad assensum . t. 1. p. 49. & 50. Quæ sit opinio probabilior . ibid. , & seq. Quæ probabilissima pag. 50. Ejus motivum aliud est extrinsecum , aliud intrinsecum . pag. 49. Quæ sit opinio tenuerit tantum probabilis . ib. & seq. Juxta hanc operari præcisa extrema necessitate est illicitum . pag. 50. Num opinto solide probabilis intra fines solidæ probabilitatis suscipiat magis , & minus . ib. In opinione probabili quæ sit pars tuta , quæ tutior , & quæ minus tuta . ibid. Non peccat , qui in praxi sequitur opinionem probabilem relictæ tutiore æque probabili , p. 53. Neque , qui in praxi sequitur opinionem probabilem favente libertati relictæ tutiore minus probabili favente legi . pag. 51. & 52. in fin. Neque , qui operatur juxta opinionem minus probabilem de licentia actionis , relictæ probabiliore tutiore . pag. 52. & seq. Quæ sint opiniones oppositæ æque probabiles , & num se elidant . pag. 53. & 56. Num major probabilitas elidat minorē oppositam . pag. 57. Si esset obligatio sequendi probabiliora , plura sequerentur absurdā . ibid. Licit sequi opinionem inter probabiles probabilissimam . p. 50. & 51. Qui probabilius pa-

tat, aliquid non licere, possitne hoc non obstante illud ponere juxta probabilem opinionem aliorum oppositam. p. 58. In administratione Sacramentorum non licet ministro uti sententia tantum probabili de valore Sacramenti relictâ tutiore, &c. pag. 50. & 51. &t. 3. p. 37. & seq. V. *Sacramentum*. Si Probabile tantum tibi sit, Titium e.g. esse excommunicatum nominatum, denunciatum, tenerisne illum vitare? t. 4. p. 226.

Oratio late sumpta est. *Quaecumque mentis elevatio ad Deum per Deum*. Stricte accepta definitur *Petitio decentium a Deo*. tom. 1. pag. 218. *Duplex* de ea datur praeceptum. ibid. Qualis debeat esse oratio, & quæ res, quæ petitur. ibid. Quæ attentio requiratur ad orationem, t. 3. p. 154. V. *Attentio*.

Oratorium privatum est *Locus aliquis intra domum hominis privati depositatus ad tempus ad divina officia*. tom. 3. pag. 131. Quibus privilegiis gaudeat, & in quo differat ab oratorio erecto in domo Episcopi, Regularium, &c. ibid. & seq. Qua auctoritate erigi possit, ubi, & quomodo erigendum ab habente privilegium sedis apostolicae. pag. 132. Durat usque ad mortem privilegiati: at quid, si mutet domicilium. ibid. Num cestet morte concedentis. ibid. Num possit pollui. ibid. Quot missæ singulis diebus possint in eo dici. p. 133. Num omnes ibi audientes missam die festo, præcepto satisfaciant. ibid., &t. 1. p. 304. & seq. Num in iis liceat celebrari absentibus illis, in quorum commodum privilegium est conceatum. t. 3. p. 133. & 134. V. *Ecclesia*. Num diebus hebdomadæ sanctæ liceat missam celebrari in his oratoriis. p. 140.

Ordines majores, vel minores, V. *Ordo, Ordinatus. Diaconatus. Subdiaconatus. Presbyteratus. Tempora ordinationum. Sponsalia, &c.*

Ordinatus. Ordinati in sacris ex metu gravi num teneantur ad horas. t. 1. p. 218. V. *Clericus*. Tenetur libere ordinatus ad horas, quæ tunc in choro dicendæ essent. pag. 225. Quas poenæ incurrat, qui ordinatus in sacris contrahit matrimonium. tom. 4. pag. 49. V. *Infans*. Ordinatus prima tonsura, vel ordinibus minoribus quam penam subeat, & num peccet contrahens matrimonium? p. 48. V. *Ordo*.

Ordo. Sacrementum ordinis definitur *Signum sensibile*, quo tribuitur *spiritualis potestas circa Eucharistiam*. tom. 3. pag. 162. Ordines septem ex Trid. unum sunt Sacramentum. ibid. Quæ sit materia cuiuscumque ordinis, p. 163. & seq. Quam determinationem circa materiam, & formam ordinum statuit Christus Dominus, quam Ecclesiæ reliquit. p. 164. An ad valorem ordinationis requiratur contactus physicus. pag. 165. Num etiam cuiusvis materiæ. pag. 166. Quæ sit forma ordinationis. ibid. & pag. 167. Num esse debeat necessario verbalis, & immutabilis. ibid. Sitne valida ordinatio, si forma proferaatur ante, vel post materiam proximam. ibid. Quando esse possit prudens dubium de valore suscepit ordinis, & num hic debeat repeti casu, quo repetatur baptismus. ibid. Hujusmodi autem reordinatio fieri potest sub conditione a quocumque Episcopo, & quovis tempore, etiam in oratorio privato. ibid. Valet ordinatio, si unus Episcopus conferat potestatem consecrandi, & deinde eo deficiente alter Episcopus conferat potestatem absolvendi. ibid. Qua intentio requiratur ad ordinationem? Vid. *Intentio*. Qua animi dispositione accedere quis debeat ad statum Ecclesiasticum. pag. 169. An valeat ordinatio facta ex metu gravi injuste incusso. ibid. & seq. An, & quando teneatur Sacerdos celebrare tres illas missas, quæ ei injunguntur ab Episcopo ordinante. pag. 146. Quæ sint munera, & onera ordinatorum. pag. 170. & seq. Quæ sint poenæ male ordinanti. pag. 171. Vig. *Suspensio*. *Clericus*. Quæ male ordinantis. ibid. Num liceat Episcopo aliquid accipere pro collatione ordinum. pag. 173.

Pag. 173. & seq. V. Tempora ordinationum. Intersitiae. Aetas. Episcopus est minister ordinum, quos, ut licite conferat, requiritur, ut sit proprius ordinandi ratione vel domicilii vel originis, vel beneficii, aut ab his habeant dimissorias, vel testimoniales. pag. 174. V. Dimissoriales. Testimoniales, &c. Qui sit Episcopus domicilii. ibid. & seq. Habens duo domicilia possitne ab utroque Episcopo ordinari. ibid. Qui sit Episcopus originis. p. 176. & 177. Qui huic subdatur. ibid. Si pater in duabus diœcesibus habeat duo domicilia, licet possit ab alterutro Episcopo ordinari; ejus tamen filius ab illo tantum potest ordinari titulo originis, in cuius diœcesi natus est. ibid. Filius natus in patris domicilio, patre alibi domicilium figente, adhuc retinet jus originis jam acquisitum in prima diœcesi. ibid. Qui sit Episcopus Beneficii? ibid. & seq. V. Dimissoriales. Num ordinatus uno ordine ab Episcopo beneficij, si illud hoc anno resignet, possit alium ordinem suscipere ab eodem Episcopo. pag. 178. Num, qui plura habet beneficia in diversis diœcesibus, possit in singulis ordinari. ibid. Qui sit Episcopus alienus. ibid. Num ordinatio ab hoc collata sit non solum illicita, sed etiam invalida. ibid. Sunt tamen duo casus, in quibus Episcopus alienus potest aliquem ordinare sine licentia proprii Episcopi. ibid. Subjectum ordinum debet esse essentialiter mas, & baptizatus. pag. 184. Num valide ordinetur baptizatus baptismō tantum flaminis, vel sanguinis. ibid. Vel baptizatus, sed nondum confirmatus. ibid. Peccat sacrilege, & graviter suscipiens ordinem in irregularitate. ibid. Num suscipiens quemvis ordinem. pag. 185. Num valide ordinetur irregularis, vel censuratus ignotus Episcopo ordinanti. ibid. Num possit Episcopus licite ordinare extra suam diœcesim. pag. 192. Vel extra Ecclesiam. ibid. & pag. 193. Quæ sint reliqua circumstantiae ordinationis. ibid. & seq. V. Titulus Ordinandorum. Quando omnibus ascendentibus ad Diaconatum injuncta fuit castitas, & abstinentia ab uxoribus antea ductis. tom. 4. pag. 47. V. Infans. Ordinatus. In Ecclesia latina servata est semper castitas, ampliataque ad subdiaconatum, qui fert secum votum solemne castitatis, & impedimentum dirimens matrimonium jure Ecclesiastico. ibid. Num contrahas impedimentum, si ordinaris in prima Tonsura, vel in minoribus, vel si in majoribus ex gravi metu injuste incusso, vel ex ignorantia, nesciens scilicet, ordini sacro esse adnexam castitatem? ibid. & pag. 48. Num suspensus ab ordine, quem habes, incurras irregularitatem recipiendo ordinem superiorum. pag. 270. Num incurras irregularitatem in ipsam ordinatione: si e. g. in ea exerceas illum ordinem, a quo, indebet suscipiendo, tunc suspenderis. ibid. Exercens actum ordinis sacri, quem habet, in excommunicatione, qualiter peccet, & puniatur. pag. 248. & seq. V. Sacerdos. Sacramentum Pœnitentie. Sacramentum Ordinis in loco interdicto, vel personis specialiter interdictis, nullo modo conferri potest. pag. 290. & seq. Bene tamen generaliter interdictis in loco non interdicto. ib. Quid in casu necessitatis, puta penuria Sacerdotum, itaut Sacraenta Eucharistie, & Pœnitentie infirmis conferri non valeant. ibid. Sponsalia num dissolvantur per sacros ordines, & num liceat sponso, absque sponsa consensu sacris iniciari. p. 129. & 130. V. Sponsus. Sponsalia. Indissolubilitas matrimonii: Ob ordinis iterationem nulla incurritur irregularitas. pag. 316. Incurriturne ex abuso in ordinum susceptione, vel in eorum exercitio? pag. 317. V. Clericus. Regulares.

Osculum. Oscula an liceant sponsis. tom. 4. p. 126. Vel saltem conjugibus? p. 165.

Ostiarus est ordo Per quem datur potestas claudendi, aperiendi, & custodiendi Ecclesiam. tom. 3. p. 163. Quæ ejus materia remota, quæ pro-

proxima : quæ ceremonia? ibid. Quæ ejus forma ? p. 166. Quæ sint ejus munera, & onera. p. 171. *Ætas.*

P

PACTUM num differat a contractu? t. 2. p. 4. & seq. Vid. *Contractus*.
Pacta censui adjecta, V. *Census*. Num liceat pactum retrovendendi, si fiat justo pretio . p. 88. 89. Quæ pacta adjici possint emptioni , & venditioni . pag. 89. & seq. Vid. *Emptio*. Quid de pacto commissorio, vel additionis in diem , vel mohatra . ibid. V. *Mohatra contractus*. Quæ pacta adjici possint sponsalibus, & quæ poenæ, seu pacta penalia. t. 4. p. 121. 122. Possunt conjuges mutuo pacisci debitum nec petere, nec reddere pag. 169. Num possint pactum hoc solvere , præsertim, si juramento firmassent? ibid.

Paganismus opponitur Fidei nondum susceptæ. t. 1. p. 202. Num habeat Ecclesia potestatem cogendi Paganos ad fidem. ibid. Quæ communica-
tio cum illis sit fidelibus per Canones vetita . ibid. & seq.

Palpo dicitur ille, *Qui adulando movet ad injuriam actionem* . t. 2. p. 231.
232. Tenetur ad restitucionem damni illati. ibid.

Panis triticus est materia necessaria Sacramenti Eucharistiae . tom. 3. p. 82. Non autem consecutus ex oriza , castaneis , alisque materiis appositis pag. 82. & seq. Mortaliter peccaret consecranc in materia du-
bia , puta in filagine , spelta , &c. ? ibid. Panis triticus debet esse igne tostus . pag. 83. Qualiter autem sit coquendus? ibid. Item de-
bet esse consecutus aqua naturali , non ex melle , oleo , aut aliis li-
quoribus appositis . ibid. Si vinum cum pane coqueretur , neutrum
esset consecrabile . ibid. Quid , si tritico admisceatur parum e. g. hor-
dei , vel salis per errorem . ibid. Sive fermentatus sit , sive azymus
semper est materia valida consecrationis . ibid. Porro Sacerdos græ-
cus tenetur in fermentato , latinus in azymo ex Ecclesiæ præcepto con-
secrare . pag. 84. Num id teneatur servare græcus etiam , cum celebrat
in templo latinorum , vel Latinus in templo græcorum? V. t. 1. p. 103.
& t. 3. p. 85. Præsertim in necessitate , vel ad vitandam mortem . ibid.
Cujus figuræ debeat esse panis consecrandus in Ecclesia latina , cuius in
græca. ibid. V. *Hoſtia*. Quid requiratur ad validam ejus consecratio-
nem? Vid. *Eucharisticie Sacramentum*.

Paramenta , V. *Sacrificium Missæ*.

Parens. Quæ sit obligatio parentum erga filios . t. 1. p. 355. Quæ alimen-
ta filiis præstare debeat . ibid. Quomodo eos urgeat præceptum bapti-
zandi prolem . t. 3. p. 54. Nequeunt , nisi in extrema necessitate bapti-
zare propriam prolem . p. 60. Num fecus privarentur jure petendi debi-
tum. V. *Pater. Mater. &c.*

Parochus . V. *Beneficiatus. Residentia. Sigillum. Sepultura Ecclesiastica. Proclamatio. Raptus, &c.* Parochus , per se loquendo , nullam habet potestatem dispensandi , nisi ei delegetur . tom. 1. p. 134. Num possit dispensare in jejunio Ecclesiastico . ibid. & pag. 317. Aut ad laboran-
dum die festo . pag. 134. & pag. 302. Parochus non monens in confes-
sione poenitentem obligatum ad restitucionem , num ad eam teneatur ipse . tom. 2. pag. 236. Quid si ipse , vel quisvis alius Confessarius pos-
itive deobligavit poenitentem , qui restituere teneretur . ibid. Debet
monere populum de irreiterabilitate confirmationis . tom. 3. pag. 76.
Tenetur ex charitate simul , ac Justitiâ Eucharistiam ministrare
morituro . tom. 3. pag. 99. Num etiam cum periculo vitæ propriæ .
ibid. Quando teneatur sub gravi celebrare vel per se , vel per alium .
pag. 138. Num parocho timenti , ne noctu votetur ad ægrum liceat re-
tinere

tinere domi Sacrum Oleum , ut vocatus possit venire expeditius . pag. 162. Nequit indulgentias concedere . pag. 283. Hoc ipso , quod est ele-
ctus , num intelligatur approbatus . pag. 299. Quid , si desinat esse
Parochus , vel mutet Parochiam . ibid. & pag. 300. Num possit a
Papa suspendi a sua jurisdicione ordinaria . pag. 291. Num possit etiam
extra Diœcœsum absque ulla alia facultate suorum subditorum confes-
siones audire . pag. 293. Num possit , aut teneatur populum suum de-
serere tempore pestis , & ire ad audiendas confessiones infectorum ?
pag. 313. Vid. *Pestis*. Parochus quam facultatem habeat circa absolu-
tionem a casibus , & censuris Papæ reservatis . pag. 316. 337. Quid
circa reservatos Episcopo . pag. 345. & seq. V *Confessarius*. Parochus
non habet potestatem ordinariam ferendi censuras . tom. 4. pag. 185.
Potestne , & quod interdictum , relaxare ? pag. 269. Num possit dele-
gare Diacono potestatem dispensandi Eucharistiam . tom. 3. pag. 99.
Parochus assistens matrimonio qui debeat esse , num possit , & cui hanc
suam potestatem delegare , &c. V. tom. 4. pag. 68. & sequentib. V.
Clandestinitas. V. *Procurator*. Num dispensare possit in denunciationi-
bus matrimonii . tom. 1. pag. 135. & tom. 4. pag. 88. 89. Vel in impe-
dimentis matrimonii . ibid. Ad quid teneatur Parochus , qui novit in
confessione Sacramentali impedimentum contrahere volentium . p. 149.
Vel si id novit ex scientia privata extra confessionem . ibid. Paro-
chus vitandus , quamvis illicite , valide tamen assisteret matrimo-
nio , & valide alteri Sacerdoti facultatem concederet assistendi . pag.
245. Num Parochus sit minister hujus Sacramenti ? vel ad ejus valo-
rem requirantur Parochi verba . pag. 144. Parochus nequit impedire
electionem sepulturæ , dummodo illi detur quarta pars funeralium
juxta consuetudinem suæ Parochiæ . tom. 3. pag. 324. Si plus petat ,
eo quod quis sepeliatur apud Religiosos , peccat , & excommunicatur .
ibid. Dum quis sepellitur in Ecclesia regularium , non solum licet Pa-
rocho funus prosequi , sed multa alia . ibid. & pag. 325. Quid possint
concordare Regulares cum Parocho . ibid. Potestne Parochus concedere
jus perpetuum sepulturæ . pag. 327. Ad ipsum pertinet determinare iter
in affociando cadavera . ibid. Num ad redimendam vexationem possit
permittere , ut hæreticus a suis hæreticis in loco Sacro sepeliatur . t. 4.
pag. 253.

Participans potest esse tum in re accepta , tum in injusta acceptance .
Quomodo teneatur ad restitutionem . t. 2. p. 233. Num ad eam tenea-
tur , etiamsi gravi metu coactus in delicto participaverit . ibid. & p. 234.
Quid , si ex gravi metu juvet tantum furem : puta in asportanda mer-
ce , vel venena vendat machinanti mortem ? ibid. Num participantes
teneantur restituere in solidum ? p. 240. & seq. V. *Damnificatio*.

Particulae consecratae , V. *Hostia*. *Particulae* in lege appositæ . V. *Inter-
pretatio legis* .

Pascalis Communio , V. *Eucharistie Sacramentum* .

Pater , *Paterfamilias* . Pater quæ bona possit consumere , quæ donare , &c.
tom. 2. pag. 37. Quid valide donare possit filii , sive legitimis , sive il-
legitimis , &c. ibid. Non possit communicare cum filio excommuni-
cato vitando . t. 4. p. 234. V. *Parens* . *Filiusfamilias* , &c.

Patrimonium Clerici non est beneficium . t. 2. p. 159. Qui sit titulus pa-
dentes Ecclesiasticam Immunitatem quoad vim directivam tantum : tom. 1. pag. 108. Num etiam ad leges synodales ab Episcopis latas Clericis. ibid. Num Religiosi , sive ad chororum deputati , sive non , ad Horas teneantur . pag. 218. & 220. Vel servare consuetudines municipales Clericorum , vel Secularium . pag. 120. & 121. Religiosus , ut Franciscanus , num teneatur ad jejunia suæ regulæ etiam ante 21. annum . pag. 318. Quæ sit obligatio Religiosorum erga suos Prælatos , & contra pag. 358. Religiosi , præsertim mendicantes , eleemosynantes , Vid. *Quæstor*. Num teneantur facere eleemosynas . p. 335. Religiosus professus num possit contrahere . tom. 2. pag. 17. Num testari . pag. 48. Num institui hæres , & quomodo . pag. 51. Num fidejubere . pag. 135. Num illicite simul & invalide largiatur munera de rebus monasterii , &c. , quæ quantitas liceat ex illis? pag 37. , & seq. Religiosis num sit prohibita negotiatio , & qualiter peccent eam exercentes per se , vel per alium . pag. 90. & seq. Quid , si emant aliquid animo vendendi sine lucro ; vel plura pro securitate suæ provisionis , & postea , quod superfluit , carius vendant , &c. ibid. Industriæ autem iis licent . ibid. Si sine vi , & fraude testatori suadeant , ut potius suo monasterio , vel religiosis , &c. relinquat legata , num peccent , & ad restitutionem teneantur . pag. 198. Religiosorum furta ; Vid. *Furtum*. Num professus contrahens debita in Religione , teneatur ipse , vel Religio , restituere . Pag. 271. Religiosi mendicantes , & cum iis communicantes , quæ privilegia habeant circa Eucharistiaæ administratiunem . tom. 3. pag. 96. Religiosi communicantes in privilegio Soc. Jesu , qua hora possint celebrare . pag. 142. & 143. Ministrantes extremam unctionem externis incurvant excommunicationem Papalem. ibid. Num etiam in necessitate . ibid. V. *Regulares*. Religiosæ & Religiosi interdicti , Vid. *Interdictum*. Religiosis , quibus licuit ante Trid. ordinari extra tempora , num etiam nunc liceat pag. 189. Religiosi num gaudeant immunitate Ecclesiastica relate ad suos Prælatos , si configuant ad Ecclesiam suæ Religionis , vel alterius . pag. 368. Religiosis sub qua culpa , & pena vetitum sit loqui cum monialibus . pag. 392. Num possint sibi eligere Ecclesiastica sepulturam . pag. 325. V. *Sepultura Ecclesiastica*. Religiosi iter facientes (præsertim Soc. Jesu) a quo possint absolviri a reservatis . p. 343. Religiosi exempti num possint censurari ab Ordinario . t. 4. pag. 194. Num a Nuntiis Apostolicis . ibid. Religiosi laici propriæ suspensi nequeunt . p. 255. Est suspensio a divinis , præter privationem beneficiorum , & inhabilitatem ad illa , vel alia obtinenda contra Religiosos præsumentes introducere mulieres in monasteria , &c. Num etiam in sacrarium . p. 273. & 274. Religiosi privilegium habentes absolvendi a censuris num , & quod interdictum possint relaxare . t. 4. p. 296. Religiosus peccantis , si petat a superiori possa absolviri a reservatis a Religioso suæ Religionis , & illi negetur talis facultas ; adhuc valide potest absolviri . t. 3. p. 214. Religiosi violantes interdictum qua poena puniantur . t. 4. p. 299. V. *Clericus*. Interdictum . Sepultura Ecclesiastica . Religiosis num sit vetita chirurgia . t. 4. p. 306. Num illam exercentes incurvant irregularitatem ex delicto homicidii casualis? ib.

Religiosi Societatis Jesu . Num possit Societas Jesu sine S. Congr. licentia reddere dimissio bona sua , quæ ei donaverat ? tom. 2. pag. 14. In societate licentia ad contrahendum de his , quæ pertinent ad viatum , & vestium sitne invalida . pag. 17. Rectores Soc. Jesu quid possint donare de rebus Religionis . tom. 2. p. 38. Religiosi Soc. Jesu post vota simplicia valide testantur de Generalis licentia . pag. 48. Quid post professionem . ibid. , & seq. Num possint institui hæredes . pag. 50. Num saltem eorum Domus , Ecclesiæ , Collegia , &c. ibid. Quid possint

possint Superiores Societatis Jesu erga subditos , quorum delicta noverint ex denunciatione paterna . tom. 1. pag. 340. Vi concessionis Bullæ Pauli III. num liceat Religiosis Societatis Jesu alicubi administrare baptismum . tom. 3. pag. 59. & 60. Quibus privilegiis gaudent circa administrationem Eucharistiae præsertim etiam tempore Paschatis , si necessitas urgeat . pag. 96. & 97. Vel circa consecrationem suarum Ecclesiarum . pag. 128. Vel circa tempus celebrandi . p. 143. Vel circa tempora ordinationum . pag. 189. & seq. Vel circa examen . pag. 183. Vel circa dimissorias . pag. 181. Vel circa titulum ordinantis . pag. 198. Vel in dimissios a Societate . pag. 199. Religiosi Soc. cui debeant confiteri , dum sunt in itinere . pag. 303. Num possint in suis Ecclesiis recipere defunctos sine licentia Generalis , exceptis Fundatoribus , Principibus , & Prælatis . t. 3. p. 327. A quonam in Societate danda , vel petenda absolutio a reservatis , etiam in itinere , &c. p. 342. & 343. Possunt in Societate sic absolvere etiam Magistri Novitiorum ex speciali privilegio . ibid. Confessarii in Societate num possint suspensiones relaxare . pag. 263. In Societate reservatur Generali facultas dispensandi cum suis subditis in irregularitate orta ex homicidio voluntario occulto . pag. 299. Num Generalis Societatis Jesu possit cum suis subditis dispensare in omni irregularitate . pag. 322. Quid requiratur , ut quis post contractum matrimonium ratum valide profiteatur in Societate Jesu . pag. 154. Vota simplicia Scholasticorum , & Coadjutorum formatorum Societatis Jesu non dissolvunt matrimonium ratum antecedens , utut sint impedimentum dirimens matrimonii contrahendi . pag. 157.

Reliquæ Christi Domini , ut Spinæ , Crux , &c. B. V. & Sanctorum sunt certo adorandæ: diverso tamen adorationis genere . tom. 1. p. 213. & seq. Reliquæ Sanctorum non possunt radi , ut rasuræ dentur infirmis . ibid. Quid de Reliquiis Beatorum , vel eorum , qui nondum sunt ab ecclesia beatificati . pag. 214. & seq.

Remedia conscientiæ scrupulosæ . V. Scrupulus .

Remissio debiti facta a creditore ut debitorem excusat , quid requiratur . tom. 2. pag. 273. Quid , si debitor certo moraliter , vel probabiliter tantum putet , quod , si manifestaret creditori debitum , vel rogaret remitti , ille id liberaliter faceret . ibid. Si creditor remittat ex misericordia , metu , &c. remissio est nulla . pag. 274. Item , si debitor se fingat pauperiorem , quam re ipsa est . ibid. Quæ sint leges remissionem irritantes . ibid.

Renunciatio hereditatis . V. Hæreditas .

Rescriptum dispensationis varie appellatur . tom. 1. pag. 147. Aliud est rescriptum gratiæ , aliud justitiæ , & in quo differant . ibid. Licet regulariter concedatur in forma commissoria , concedi tamen potest in forma gratiosa . ibid. Rescriptum S. Pœnitentiariæ ad quem dirigatur ? quis aperire possit , & quæ ejus superscriptio ? ibid. & seq. Explicantur pro Confessariorum praxi aliquæ rescripti clausulæ . ib. & p. 149. Datariæ rescriptum quomodo exequendum . ibid. Cui committatur , & cui presentari debeat . ibid. Explicantur quatuor hujus rescripti clausulæ . ibid. & pag. 150.

Reservatio . Reservata . V. Casus reservati . Reservatio est *Restrictio jurisdictionis concessæ Sacerdoti inferiori in ordine ad aliquod peccatum , seu censuram .* tom. 3. pag. 327. Quæ peccata possit reservari , & num etiam mortalia mera interna , vel venialia ab Episcopo , vel saltem a Papa . ib. & p. 328. Quis possit casus reservare . ibid. Quinam incurrit reservationem , & qui ab ea excusentur . ibid. V. Ignorantia . Metus . Pueri . Vagi . Peregrini . Regulares . Moniales . Si Confessarius habebat facultatem in reservata , & confessio antecedens fuit invalida , itaut invaliditas orta fuerit ex defectu ipsius ,

eo quod noluit absolvire, num ablata sit reservatio. t. 3. p. 262. Num ablata censenda sit etiam censura, eo quod invaliditas fuerit ex defectu inculpabili, vel etiam culpabili pœnitentis. ibid. Si quis ab habente facultatem in reservata, vel in censuras generaliter ab iis absolvatur, manet omnino liber a reservatione, vel censura adnexa peccato oblitio: cum fuerit de eo indirecte absolutus: si ergo memorie occurrerit, poterit de eo directe absolviri a quovis Confessario. p. 263. V. *Moribundus. Religiosus.*

Residentia. Beneficiati obligati ad residentiam (quales non videntur esse, qui curam non habent animarum. t. 2. p. 301.) si culpabiliter non resideant, peccant mortaliter, & ad restitutionem tenentur frumentum tali residentiae correspondentium. pag. 292. Num fieri debeat in conscientia, & ante sententiam Judicis. ibid. Episcopi abesse possunt licite a suis Ecclesiis, si adsint justæ causæ. Quæ autem esse possint. pag. 293. Item, si per breve tempus, quod non debet excedere duos, aut ad summum tres menses. ibid. Quantum temporis possint manere Romæ, si promoti sint in curia, vel alias statim temporibus ad limina Apostolorum personaliter accedant. ibid. Quid de intervenientibus Conciliis, seu Congregationibus provincialibus. ibid. Num possint conjungere trimestrem absentiam a Trident. concessam cum alio tempore etiam concessa. ibid. & seq. Multa item suluberrime decrevit super Episcoporum residentia Bened. XIV. ap. posita pag. 294. & seq. Parochi ex causa ab Episcopo cognita possunt per duos menses a Parochia abesse. pag. 293. Num generaliter loquendo ultra duos dies absentiæ indigeant semper facultate Episcopi. ibid.

Respublica potest gabellas justas imponere. tom. 2. pag. 145. V. *Restitu-
tio.* *Respublica hebræorum* nequit matrimonii impedimenta statuere. t. 4. p. 12.

Restitutio. Restituere est Reparare jus lœsum alterius. tom. 2. pag. 173. Restitutio autem stricte sumpta definitur *Actus justitiæ commutativa*, quo quis reparat ad æqualitatem jus alterius a se lœsum. p. 187. Differt a satisfactione, solutione, imo ab ipsa restitutione large sumpta. ib. & p. 188. Restitutio in integrum quid sit, & cui competit. pag. 20. 21. & 240. Quæ necessitate sit necessaria ad salutem, & num semper ad eam teneamus sub gravi. pag. 188. Qui non potest re, tenetur habere votum, seu propositum restituendi, cum poterit; differt tamen hoc votum a voto baptismi, ib. & p. 189. Restituendi præceptum est affirmativum: includit tamen etiam negativum, *Non furtum facies*. ibid. Quot peccata committat, qui plures oblata opportunitate restituendi non restituit. ibid. & tom. 3. pag. 220. Restitutio est actus unius justitiæ commutativa. tom. 2. pag. 191. 194. & seq. V. *Justitia*. Non est ergo actus, per se loquendo, justitiæ distributiva. pag. 191. & seq. Neque legalis. pag. 193. Neque demum vindicativa. ibid. & seq. Porro justitia distributiva aliquando etiam includit commutativam. pag. 192. & seq. Quæ restitutio facienda ex beneficiis, vel ex aliis rebus sacris simoniace acceptis, &c. tom. 1. p. 239. & tom. 2. p. 290. & seq. V. *Beneficium. Simonia*. Num dans operam rei illicitæ, quæ non sit contra justitiam, ex ea tamen sequatur damnum tertii, teneatur restituere. pag. 194. Quid de actionibus omissionis etiam hujusmodi. ibid. & seq. V. *Turpe lucrum*. Num sit restituendum, quod acceptum est pro re, vel omissione actionis aliunde debita. pag. 196. An teneatur restituere, qui aliquem impedit a consecutione boni. pag. 197. & 199. Num teneatur restituere, qui facit aliquid, quod imputabitur alteri, qui ideo damnum patiatur. pag. 199. & 200. Num sit aliquando obligatio restituendi eleemosynas. ibid. & seq. Vid. *Mutuum. Emptio. Re.*

Restitutionis species sunt quatuor . pag. 278. Restitutionis radices sunt 2. Injusta acceptio , & Res accepta p. 201. & 253. Additur etiam obligatio ex contractu . ib. & p. 214. & seq. V. *Contractus* . *Culpa* . Qui sit , & ad quid teneatur possessor , seu damnificator bona , vel malæ fidei ? V. *Possessor* . *Damnificator* , &c. Quæ sit res restituenda . pag. 218. Num bona incerta sint restituenda . pag. 218. Num restituenda res habens dominum incertum . ibid. Vel res injuste accepta , cuius dominus ignoratur . ibid. & seq. Vide *Eleemosyna* . Vel res inventa , cuius dominus ignoratur . p. 219. Vel res aliena , quam quis habet apud se ex contractu justo , puta ex deposito , cuius rei tamen dominus ignoratur . pag. 220. Num restituenda bona habita a regularibus . pag. 310. Num restituenda bona adespota , e. g. feræ , quæ venatione , aucupio , pescatione accipitur . pag. 221. & seq. Porro nomine ferarum quid veniat . ibid. Num restituenda metallæ , quæ eruntur ex sui venis metallicis? item lapilli pretiosi , gemmæ , corallia , &c. quæ inveniuntur in litore maris , in insulis , in promontoriis . pag. 222. Vide *Thesaurus* . Num restituenda res , quæ habetur pro derelicto , & quæ hæc sit . p. 223. & 224. Num bona vacantia . ibid. & seq. V. *Bonum* . *Beneficium Ecclesiasticum* . Ad quid toneantur lignantes , vel pascentes in loco ad Rempublicam spectante . pag. 225. Vel qui domum suam attollat in damnum alterius , vel qui flumen avertit , ne ad vicinum perveniat . ibid. & pag. 226. Restitutio alicui ex communitate facienda , V. *Communitas* . Personæ restituere debentes , præter eum , qui immediate damnum intulit , sunt 9. cooperatores duobus versibus comprehensi . ibid. Sex cooperantur positive . ibid. V. *Mandans* . *Consulens* . *Consentiens* . *Palpo* . *Præbens recursum* . *Participans* . Cooperantes negative sunt 3. mutus , non obstans , non inanifestans . ibid. & pag. 234. Quo ordine prædictæ personæ teneantur restituere damnum factum , & num singulæ teneantur in solidum . pag. 238. & seq. Vide *Damnificatio* , &c. *Agnus* . Num teneantur ad restitutionem damni fecuti , qui , cum teneantur ex officio illud impeditre , & possint , non impediunt . pag. 234. Num hi teneantur tale damnum impeditre etiam cum periculo damni proprii . ibid. Ad quid teneantur , qui tenentur ex officio manifestare delinquentem , & non manifestant . ibid. & seq. Quid de iis , qui ex officio non teneantur , possunt tamen impeditre , manifestare , &c. pag. 236. & seq. Num , si interrogatus quis e. g. an viderit prædones , neget , cum viderit , teneatur ad restitutionem de damno inde secuto . ibid. Cui personæ facienda sit restitutio . pag. 242. & seq. Num justitiæ satisfacias , si debens pecuniam Cajo , illam restituas ejus creditori . ibid. Cui restituenda res Caji , quam accepisti a Titio possesso bonæ fidei , vel a fure . ib. & p. 243. Cui restituendum , si rei dominus sit mortuus . pag. 244. Vel , si dato mandato a domino , hic ante ejus executionem moriatur . ibid. V. *Moneta* . *Creditor* . Num , qui aliquid accipit donatum a Titio , quem scit non esse solvendo suis creditoribus , peccet , & ad restitutionem teneatur . pag. 248. & seq. Restitutio quando facienda . pag. 253. & seq. Vide *Debitor* . Ubi facienda a possessore bona , ubi a possessore malæ fidei , & num hujus expensis , et si haec sint magnæ . pag. 255. Vide *Contractus* . Quæ restitutio facienda sit publice , quæ privatim . pag. 257. Num quælibet possit fieri per tertiam personam . ibid. Vid. *Compensatio* . *Debitor* . Quantum restituere debeat pro rei valore , qui culpabiliter occidit e. g. ovem , quæ allatura erat multos foetus , aut præcidit arborēm teneram , quæ productura erat multos fructus , vel concutavit segetem in herba , &c. pag. 210. Causæ excusantes a restitutio- ne quæ esse possint ex parte debitoris . p. 260. & seq. Quæ ex parte cre-

creditoris. p. 271. & seq. V. *Fama. Infamia. Derrotor, &c.* Quæ sint bona animi restituenda. pag. 345. Ad quid teneatur, qui docuit falsam doctrinam, seminarit novitates, falsos rumores, &c. ib. & p. 246. Vel qui proximum induxit ad peccandum, vel a statu religioso abduxit. ib. & p. 347. Quæ sint bona corporis restituenda. p. 327. Num, si tibi constitutus sit e. g. mensis ad solvendum sub pena excomm. ipso facto, hanc incurras, si initio mensis potens non solvas, prævidens te fore postea impotentem. t. 4. p. 219. & seq. Restitutio ex beneficiis, Vid. *Simonia in materia beneficiaria.* Ex stipendiis Missæ, V. *Stipendium Missæ.* Ex distributionibus chori, V. *Distributiones Chori.* Ex aliis rebus sacris simoniace acceptis. V. *Simonia.*

Retraictus gentilitius quid sit. t. 2. p. 89. Quando in hoc committatur dolus, qui dicitur *Stellionatus.* p. 90.

Revalidatio matrimonii, V. *Matrimonium.*

Reviviscencia Sacramentorum, V. *Sacramentum.*

Reus morte plectendum num teneatur, si possit, fugere a carcere. t. 1. p. 320. Num possit jurare cum æquivocatione. V. *Æquivocatio.* Si a Judice non legitimo, vel non legitimate interrogetur, potest negare etiam cum juramento crimen a se commissum. p. 262. Quid, si interrogetur a Judice per semiplenam tantum probationem. ibid. & t. 3. p. 322. Confessarius num debeat illum obligare ad fatendum suum crimen. p. 323. Num debeat illi negare abolitionem, si neget crimen Judici, vel etiam Confessario. ibid. *Reus*, si ad vitanda tormenta falsum sibi crimen imposuit, num teneatur postea crimen suum revocare, præser-tim si antea perjurio confirmasset. ibid. Ad quid teneatur, si coactus denunciatiavit alium innocentem: vel, si sciat complices? ibid.

Rex potest ferre leges. t. 1. p. 63. De quibus bonis potest disponere, do-nando, & qua quantitate, &c. t. 2. p. 37. Hodie sunt exempti Reges & censuris, quæ feruntur ab Episcopis, secus vero, quæ a Papa. t. 4. p. 193. *Ritus* requisiiti in baptismo solemini, V. *Baptismus:* In jubilæo anni san-cti, V. *Jubileum anni sancti.*

S

Sacellum. *Sacellanus.* Sacellum, V. *Eremita.* Sacellani approbatio mi-nus cessat per Parochi mortem. t. 3. p. 299. Num facellanus assistere possit matrimonio? ibid.

Sacerdos. Vid. *Presbyter.* *Sacramentum.* *Sacrificium Missæ.* *Stipen-dium.* *Eucharistie Sacramentum.* *Capellanus.* *Suspensio,* &c. Sa-cerdos jurans, se per hebdomadam majorem confessiones audivisse, et si per aliquem diem absuerit, excusatur a perjurio. tom. 1. pag. 261. Sacerdos græcus transiens per templum latinorum num possit celebrare in azymo, & contra Latinus in fermentato. pag. 103. & tom. 3. pag. 84. Sacerdotes græci, & latini, diversæ figuræ hostiana consecrant. pag. 85. Vid. *Hostia.* *Vinum.* *Eucharistie Sacra-men-tum.* Num possit Sacerdos extra Missam etiam devotionis causa Eu-charistiam sibi ministrare. pag. 94. & seq. Si Eucharistiam ministret sine jurisdictione, peccat graviter. ibid. & pag. 96. Si sit Sacerdo-te inferior, incurrit etiam irregularitatem. ibid. Quando teneatur Sacerdos Eucharistiam ministrare. pag. 99. Qualiter peccet cele-brans discalceatus, testo capite. &c. pag. 150. Num possit quilibet etiam forensis celebrare in Ecclesiis alterius Diœcesis sine Ordina-rii licentia. pag. 128. Num quilibet Sacerdos teneatur saltē ali quando celebrare. pag. 138. & seq. Num possit Sacerdos anticipate sacrificare pro obligatione jam contracta celebrandi v. g. 15. Missas fin-

singulis diebus . pag. 145. & seq. Vid. *Cappellanus* . Num celebrans aliis , quam designatis diebus , satisfaciat . pag. 146. Obligari potest ad celebrandum ex legato , stipendio , voto , &c. pag. 145. Num , & quando teneatur Sacerdos celebrare tres illas Missas , quæ ei injunguntur ab Episcopo illum ordinante . pag. 146. Sacerdos faciens sacram ob elemosynam acceptam , aliter non facturus , adhuc valide celebrat . t. 4 pag. 139. Sacerdos approbatus . Vid. *ApprobatuS* . Sacerdos absolvens . Vid. *Absolutio* . *Moribundus* . *Confessarius* . *Sacramentum Pœnitentie* . Sacerdos excommunicatus qualiter peccet , & quam penam incurrit exercens actum proprium Ordinis Sacri , quem habet . pag. 248. Num excusetur aliquando ratione extremæ necessitatis in moribundo , vel ratione gravis metus , infamiae , scandali , &c. ibidem . Vid. *Extrema Unio* . *Viaticum* . Sacerdos assistens moribundo num , & quando possit incurrire irregularitatem ex delicto homicidii casuallis . pag. 304. Num sit irregularis baptizans moribundum , si ex. gr. suspicetur , ex aqua baptismi mortem ei fore accelerandam . pag. 307. Vid. *Baptismus* . Quando Sacerdos sit irregularis ex delicto abusus ordinum , quando vero hanc irregularitatem declinet ? p. 318. Vid. *Clericus* . Qui Sacerdos censendus sit irregularis ex defectu corporis ? p. 334. & seq.

Sacramentalia , quot , & quænam sint ? t. 3. p. 13. & 14. Non habent vim causandi gratiam ex opere operato , & in hoc differunt a Sacramentis . ib. Aliqua remittunt venialia per modum impetrationis : aliqua , per hoc quod exciteant in nobis pios motus , & sic illa (non tamen infallibiliter) remittunt . ibid. & p. 203. & seq.

Sacramentum . Quoad ejus etymon . t. 3. p. 12. Definitur *Visibile signum gratiae invisibilis ad populum Dei sanctificandum* . ib. Ab uno Deo institui potest . ibid. Num signum ad rationem Sacramenti requisitum debeat esse stabile , ac practicum . ibid. Differt a sacrificio . ibid. , & t. 1. pag. 217. Differt a Sacramentalibus . t. 3. pag. 13. & 14. Sacraenta alia sunt vivorum , alia mortuorum . p. 26. Differunt Sacraenta novæ , & veteris legis . p. 13. Num fuerit absolute necessaria eorum institutio . p. 15. Num , hac supposita , sint illa necessaria , & qua necessitate , ad salutem . ibid & seq. Quot sint Sacraenta novæ legis , & quis inter ea sit ordo . pag. 16. Num in aliis statibus præter statum gratiae fuerint Sacraenta . pag. 14. Sacraenta novæ legis tribus perficiuntur : rebus , verbis , & persona Ministri . p. 17. Num eorum materia , & formæ sint ex Christi institutione determinatae , & an determinatio ejusdem rationis sit in omnibus . ibid. , & pag. 18. Num possit Ecclesia mutare materias , & formas Sacramentorum . ibid. , & sequent. Quæ mutatio dicenda sit theologice accidentalis , quæ substantialis , & quæ proinde invalidet , & quæ non , Sacraenta . pag. 19. & sequent. Octo modis ex Suar. potest mutari forma a p. 19. ad 22. Qualiter peccet , qui mutat , æquivoce profert , interrupit , repeatit , omittit ; &c. verba in conficiendis Sacramentis . p. 22. & seq. Qui sit effectus primarius Sacramentorum novæ legis . p. 23. Qui secundarius . p. 26. & seq. Num Sacraenta gratiam causent ex opere operato . p. 14 , & 24. Physicene , an moraliter . ibid. ad p. 25. & Quo tempore . pag. 26. Num causent etiam infusionem virtutum theologalium . pag. 24. Num causare possint primam gratiam . pag. 26. 47. & 48. Ex qua potestate Christus ut homo dicendus sit institutor Sacramentorum , & num possit eam alicui puræ creaturæ communicare . p. 27. , & 28. Qui sit Sacramentorum minister , & num quis homo cuiuscumque ? pag. 28. Num , & quod Sacramentum suscipi liceat a ministro heretico . tom. 1. p. 201. Error in Ministro num invalidet Sacramentum ? Vid. *Error* . Quæ intentio requiratur in Ministro , & in suscipiente ? Vid. *Intentio* . Pro licita (excepto matrim.) faltem admistrata-

nistratione Sacramentorum requiritur in Ministro iurisdictio ab Ecclesia derivata . t. 3. pag. 35. & seq. Ad Peccantem Sacramentum requiritur etiam pro valida . ibid. Num servandus sit Ecclesiae ritus . ibid. Num requiratur status gratiae , an vero possit aliquando Sacramentum ministrari in peccato . ib. & p. 36. & seq. Qualiter peccet in mortali baptizans , consecrans , ministrans Eucharistiam , absolvens , contrahens matrimonium . pag. 37. Quid , si sic exerceat alias functiones sacras . pag. 37. Nequit quis uti in administratione Sacramentorum sententia probabili circa valorem (secus , si circa modum) eorumdem . ib. , & seq. Peccat generaliter uteins materia , vel forma dubia extra necessitatem . pag. 38. Adhuc tamen circa valorem potest quis sequi opinionem moraliter certam relieta tutione . ibid. , & t. 1. pag. 30. Num , & quando , si habeatur error communis de iurisdictione e. g. Confessarii , Ecclesia supplet , vel dispensem . pag. 37. Quid , si habeatur mera opinio probabilis de jurisdictione , vel absentia impedimenti . ibid. Num in aliquo casu , eti agatur de valore Sacramenti , uti possimus opinione probabili in tali administratione . pag. 38. & 39. Quandonam , & quomodo debeat Minister Sacraenta ad ministrare , vel ea etiam reiterare . ibid. & seq. Num possit in aliquo saltem casu illa administrare indigno . pag. 40. & 41. Num peccanti publico , vel occulto in articulo , vel extra articulum mortis possit , aut debeat publice , vel occulte negari , aut concedi Sacramentum . ib. Num liceat ob gravem metum simulare Sacraenta ? Vid. *Metus* . Unus homo viator est subjectum capax Sacramentorum : non omnes tamen omnium . pag. 43. Quid requiratur in subjecto adulto ad licitam , & fructuosam Sacramenti susceptionem . pag. 45. In quibus Sacramentis suscipiendis requiratur status gratiae . ib. & pag. 46. Peccat graviter Sacramenta suscipiens in peccato mortali : quid , si in veniali ? pag. 47. Num debeat esse liber ab omni excomm. , interdicto . ibid. , & t. 4. pag. 254. & seq. Qualiter peccet , & puniatur ministrans aliquod Sacramentum excommunicato vitando sine prævia absolutione ab excomm. ibid. & seq. Num Sacraenta omnia sicut suscepta , remoto obice , reviviscant ad causandam gratiam , & ad remittenda venialia . tom. 3. pag. 49. Num liceat petere administrationem Sacraenta a Ministro indigno , puta nominatum excommunicato , &c. saltem ex necessitate , vel causa urgenti . p. 50. & 51. Num in suscepito Sacramentum sit obligatio inquirendi in probitatem , & mores ministri . ib.

Sacrificium late sumptum quid sonet . t. 1. p. 216. , & tom. 3. p. 118. Stricte tale definitur Ceremonia sacra legitime instituta , per quam res sensibilis destruitur in protestationem supremi dominii Dei , & nostre in eum subjectionis. Utrumque Uni Deo offerri potest . tom. 1. pag. 215. Quo sensu offeratur etiam Sanctis . p. 217. Dissert a martyrio , & Sacramento . t. 3. p. 119. Dividitur in cruentum , & incruentum ; in victimam , hostiam , immolationem , & libamen ; in holocaustum , in hostiam pro peccato , & hostiam pacificam ; in latreuticum , eucharisticum , propitiatorium , & impetratorium . ibid. & t. 1. pag. 216. An præcipiatur jure naturæ . ib. In lege scripta plura fuerunt sacrificia : in lege gratiae unum est missæ sacrificium , quod cætera veteris testamenti superat . ib. Christus Dominus interdixit , ne Ecclesia aliud ab hoc sacrificium institueret . ib. & t. 3. pag. 120. Sacrificium vespertinum incensi , hostia immaculata ætæ consecrationem missæ , non sunt proprie sacrificia . t. 1. p. 216.

Sacrificium missæ. Quod ejus Etymon. t. 3. p. 118. Est vere , & proprie sacrificium , ut illud in cruce oblatum . pag. 119. Non mere improprie , ut volebant haeretici . pag. ibid. Ejus essentia in sola consecratione consistit . ibid. , & t. 1. p. 216. & 217. Num possit esse sub una

una tantum specie , saltem ex Papæ dispensatione . ib. Quæ res principaliter offeratur in hoc sacrificio . tom. 3. pag. 120. Qui vero sit principalis offerens , qui minus principalis . tom. 1. pag. 218. An , quoties , & num singulos Sacerdotes seorsim obliget præceptum sacrificandi . pag. 217. , & t. 3. pag. 138. & seq. Naturam hujus Sacramenti habes ex effectibus , quorum potissimi sunt quatuor . t. 3. pag. 120. & seq. Hoc sacrificium non nisi mediate veniam causat peccatorum etiam venialium quoad culpam : quoad pœnam immediate . ibidem . Num habeat in actu secundo virtutem causativam simpliciter infinitam , præsertim remissionis peccatorum , &c. ibid. Si est valoris infiniti , quomodo plus uni proſit , quam aliis ; & multiplicentur sacrificia relate ad eundem finem . ibid. Triplex est fructus sacrificii , specialis , generalissimus , & specialissimus . pag. 122. Cui autem hi fructus correponeant . ibid. Sacrificium ut alius a sacrificante cauet effectus suos ex opere operato , non requiritur in ministro status gratiæ . ib. , & p. 123. Ut specialiter uni potius proſit , quam alteri , requiritur applicatio (sufficit habitualis) sacrificantis , ante tamen sacrificium . ibid. Quod si non applicet , remanebit fructus in theſauro Ecclesiæ . ibid. Ut cauet fructum generalissimum , nulla requiritur Sacerdotis applicatio . ibid. & seq. Subjectum capax participandi fructum sacrificii debet esse viator , & baptizatus . ibid. Oblatum pro constituto in mortali num reviviscat ad causandos effectus , si ille se remittat in gratiam . ibid. Quomodo proſit , si offeratur pro conversione infidelis , &c. ibid. Sacrificii fructus impetratorius , & satisfactorius unde fit major , vel minor . pag. 124. Pro quibus valide , & licite poſſit , aut non poſſit sacrificium offerri . ibid. , & seq. Quinam sit locus sacrificio aptus . p. 125. In quo loco fit celebrandum . Vid. Altare . *Oratorium privatum . Ecclesia*. Num ex Episcopi concesſione poſſit celebri in domibus privatis , præſertim infirmi . pag. 134. Ex neceſſitate num in loco profano . ibid. , & seq. Qui fit locus obligationis , & num ibi teneatur Sacerdos sub gravi celebriare . pag. 135. & 136. Num poſſit ab hoc eximi ab Episcopo . ib. Quodnam fit sacrificii tempus . pag. 138. Qui dies . pag. 140. Quæ hora . pag. 142. Quibus diebus hebdomadæ sanctæ vētitum fit celebriare . p. 140. V. *Oratorium privatum*. Quoties quis eodem die celebriare poſſit , præſertim ob priuilegium , vel neceſſitatē . p. 141. & 142. V. *Sacerdos*. An liceat aliquando celebriare ante auroram , & quid veniat hic sub auroræ tempore . pag. 142. Quando liceat in nocte Natalis Domini . ibid. Quando ex privilegio , vel neceſſitate . ib. An liceat celebriare post meridiem ex privilegio , vel neceſſitate . pag. 143. Vel ante recitatas horas canonicas . p. 144. Quid circa missam conventualem , & Parochjalem statuit Bened. XIV. felic. regnans . a p. 138. ad 140. An liceat missam abrumpere , ſeu relinquere imperfectam , vel etiam interrumpere . pag. 144. & seq. Dum ad altare rediſ post interruptionem ad missam finiendam , num debeas iterum inchoare , an vero pergere , ubi deſieras . p. 145. Quæ fint cætera requiſita ad sacrificium . p. 147. Quid de Crucifixo , de mappa , ſacris veftibus , corporali , palla , purificatorio , burla , paramentorum colore , &c. ib. & p. 148. Quid de patena , missali , lumine , ministro inſerviente , de veſto calicis , pulvinari , burla , &c. p. 149. & seq. De calice . Vid. *Calix*. Num prædicta orna menta , & indumenta debeant eſſe , & a quo , benedicta , & quando benedictionem amittant . ib. Celebrare ſine veftibus ſacris grave facrilegium eſt . p. 148. Num liceat in gravi neceſſitate , vel ex metu mortis . ib. & seq. Qui ritus , & quæ rubricæ in celebriando ſervari de beant ſub gravi , vel ſub levi . pag. 150. An , & quale peccatum fit omittere aliquam partem missæ . ibid. , & pag. 152. Missæ partes diuiduntur in ordinarias , & non ordinarias : quæ autem ſint ordinariae ,

riæ , quarum omissione sit graviter peccaminosa , quæ non ordinariæ , quas omittere sit veniale . Vid. ibid . An , & quale peccatum sit addere , commutare , vel invertere aliquid in missa . p. 153 . & seq . Quæ verborum expressio in ea requiratur , & qualiter peccet Sacerdos se voluntarie distrahens in legenda missa . p. 154 . V. *Sacerdos* . Missæ auditio die festo , V. *Festorum observantia* . Nullus excommunicatus potest per se loquendo missæ interesse . t. 4. pag. 249 . Qualiter peccet illi assistens . ibid . Quid agendum celebranti , & adstantibus , si , dum fit Sacrum , interesse velit per vim excommunicatus vitandus . ibid . Qualiter peccet , & puniatur Sacerdos admittens illum ad sacrificium , vel cæteri fideles , si non recedant a missa , ubi est excommunicatus vitandus . ibid . , & seq .

Sacrilegium stricte sumptum est *Violatio rei sacre* . Late tamen acceptum quid sonet . tom. I. pag. 244 . Dividitur in reale , locale , & personale . ibidem . Reale multiplex est quoad Sacraenta , vasa sacra , imagines , & reliquias sanctorum , scripturas sacras , &c. ibid . & seq . Locale quadrupliciter committi potest . pag. 245 . & 246 . Personale vero tripliciter . ibid . Num circumstantia temporis sacri addat peccato rationem sacrilegii . ibid . & p. 246 . Non omne peccatum contra Religionem est sacrilegium . ibid . Hoc committi etiam potest per omissionem . ibid . & p. 247 . Quomodo in confessione aperiendum . ibid . Cui sacrilegio poenæ sunt impositæ . ibid . Furtum sacrilegum . V. *Furtum* . Est ne sacrilegium diversum , si quis peccet contra castitatem cum Sacerdote , ac si cum Religioso . t. 3. p. 223 . & seq .

Sanctorum , & Beatorum cultus . V. *Beatus* . In sanctorum honorem , &c. potest bene , & pie offerri missæ Sacrificium . t. 3. p. 124 .

Satisfactio Sacramentalis est *Executio penitentiae impositæ a Confessario* . t. 3. p. 272 . Est pars integralis Sacramenti poenitentiae . ib. , & seq . An ex opere operato remissionem causet poenæ temporalis . ibidem . Alia est pure penalis , alia medicinalis . ibidem . Confessarius tenebit sub gravi , vel sub levi juxta peccatorum materiam penitentiam imponere . ibidem . Num , & quam penitentiam injungere possit constitutis in mortis articulo , vel lucraturis indulgentias , praesertim in jubilæis ? ibid . , & pag. 273 . Num debeat injungi nova penitentia confitenti novum peccatum post absolutionem . ibid . Semper imponenda est post audita peccata . ibid . Item imponenda penitenti sub aliqua obligatione præcepti ; & quidem proportionata peccatis non absolute , sed respective ad penitentem . ibidem . Unde igitur prudens confessarius metiri debeat qualitatem , & quantitatem penitentiae imponendæ . ibid . , & sequent . Quæ poenitentia numquam imponenda . Quæ ob delictum publicum . pag. 274 . Debet tamen semper esse opus penale . ibid . Quod autem hoc sit . pag. 275 . Potest etiam esse opus , cuius impetratio & satisfactio applicetur pro aliis . ibid . Num possit ipse confessarius subire partem operis injungendi , ac poenitenti applicare . ibid . Item potest illi concedere , ut per alium poenitentiam persolvat . ibid . Nisi tamen id explicet , non intelligitur . p. 276 . Tenetur penitens (sub gravi , si poenitentia imposta sit pro culpa gravi , sub levi , si pro levi) poenitentiam a confessario impositam acceptare , si sit tolerabilis . ibid . , & seq . Quid , si evadat deinde physice , vel moraliter impossibilis . pag. 277 . Si ejus materia sit divisibilis , nec possit partem majorem exequi , teneris saltē exequi minorem . ibidem . Quæ poenitentiae materia censenda sit gravis , quæ levius . p. 276 . & seq . Quando persolvenda penitentia ? pag. 278 . Diu eam differens qualiter peccet . ibid . , & pag. 277 . Num teneatur quis sub præcepto eam exequi ante communionem ? pag. 106 . An possit ei satisfieri eodem tempore , quo satisfit alteri præcepto . pag. 278 . Num persolvenda cum intentione saltē virtuali integrantur .

tegrandi Sacramentum, vel confessario parendi. ibid. Num peccet eam exequens in mortali; & num ea sic posita habeat effectum suum. t. i. p. 85. & 86 & t. 3. p. 278. Penitens nequit in aliud opus, et si melius, penitentiam sibi propria auctoritate commutare. ib. & p. 279. Confessarius num id posit in alia confessione; aut etiam extra confessionarium. ib. Poenitentia ab uno confessario imposita nequit ab alio mutari, vel minui, nisi illi repeatantur peccata, ob quae fuit imposta. p. 280. Semper tamen requiritur justa causa. p. 281. Num post commutationem liberum sit penitenti alterutram sibi eligere. ib. Num secundus confessarius commutare possit penitentiam impositam a superiori, praesertim ob reservata sibi. ib.

Scandalum est *Opus minus rectum præhens proximo occasionem ruine spiritualis.* t. i. p. 346. V. *Inducens ad malum.* Dividitur in activum, & passivum. Activum subdividitur in directum, & indirectum. Passivum, aliud est datum, aliud acceptum. Hoc aliud est pusillorum, aliud pharisaicum. ibid. Cui virtuti opponatur scandalum directum: Cui indirectum. ib. & p. 347. Quando proprie peccetur scandalum indirecto. ibid. Num sit peccatum scandali, si in videntibus nihil aliud excitaveris tuo facto e. g., quam admirationem, rumorem, &c. ib. & p. 348. Vid. *Mulier.* Num liceat permettere, vel etiam aliquod opus indifferens facere, quod sit occasio peccati proximi. p. 348. & 349. Num sit omittendum opus bonum, vel etiam præceptum ob scandalum pusillorum, vel pharisaicum. p. 349.

Schema consanguinitatis appositum est t. 4. p. 32. V. *Linea.*

Schisma. Schismatici. Schisma est *Diviso ab Ecclesia, ejusque Capite.* t. i. p. 345. & t. 3. pag. 357. Quando includit haeresim. ib. Ad hoc peccatum contrahendum duo requiruntur. ib. Quae sint schismaticorum poenæ. t. i. p. 345, & seq. In bulla cœnæ non excommunicantur schismatici, sed ii, qui mandato Rom. Pontificis pertinaciter, hoc est scienter, nolunt obedire, quod non satis est ad schisma. t. 3. p. 356. Num schismatici sint irregulares ex delicto. t. 4. p. 315.

Scientia Confessarii, V. Confessarius.

Scrupulus. Scrupulosus. Scrupulus est *Inanis apprehensio, & hinc ortus timor, & anxietas, alicubi esse peccatum, ubi non est.* t. i. p. 47. An scrupuloso liceat, aut etiam teneatur aliquando agere contra suam conscientiam scrupulosam. ibid., & seq. Quatuor sunt signa conscientiae scrupulosa. pag. 48. Remedia fere sex. ib., & p. 49. Privilegia autem fere duo. ibid. Scrupulis debemus initio contraire. p. 48. Scrupulosus potest leviter se examinare. t. 3. pag. 219. Si Penitens sit scrupulosus, confessarius regulariter permittere illi non debet quidquam repetere de præteritis confessionibus, nisi certum sit, esse male confessum. p. 263. Neque, ut se accusat de peccatis dubiis. pag. 261. Conscientia scrupulosa quae sit? V. *Conscientia.* Confessarius assistens scrupulo quomodo debeat se gerere circa illi insinuandi veniam inimico, &c. tom. i. pag. 327. Scrupulus de ordine suscepto, V. *Ordo.*

Secretum. Secretum naturale differt a sigillo Sacramentali. t. 3. pag. 422. Quomodo servandum? pag. 424. An peccet illud violans, & num ad restitutionem teneatur. tom. 2. pag. 319. Qui id ab alio extorsit tenetur pariter ad illud servandum, & ad restitutionem, &c. ibid. V. *Litteræ.* Num excusat a peccato, qui compellitur revelare Secretum naturale, etiam juratum vi tormentorum, &c. p. 320. Quando taciturnitas vergit in damnum communitatis, vel innocentis, non temur secretum servare, et si sit juratum. ib. & p. 351. Est exceptio iata a Lessio ibid.

Sedes Apostolica dat privilegium erigendi Oratorium privatum. t. 3. pag. 132.

Tom. V.

Semifatuus, V. *Amens*. Quibus legibus teneantur semifatui . tom. I. p. 98. Num possint licite induci a nobis ad ponendas actiones prohibitas, p.99. Num illis ministranda Eucharistia tempore Paschatis. t.3. p.100. *Senatus* num teneatur suis legibus . t. I. p. 98.

Sententia probabilis, V. *Opinio*.

Sepultura Ecclesiastica, V. *Ecclesia*, seu *Templum* . Quid veniat nomine sepulturæ Ecclesiasticæ . tom. 4. pag. 252. Num quis utriusque sexus , ætatis , conditionis , &c. eligere sibi possit sepultroram Ecclesiasticam . tom. 3. pag. 323. & 324 Qui autem potest per se , potest etiam id alteri committere . ibid. Hic vero eligere illam potest etiam post ejus mortem . ib. V. *Parochus. Regulares. Clericus*. Num peccetur , si cadaver occulte transferatur de uno loco in alium , non persoluta quarta funeralium illis Parochis , per quorum Parochias transit . pag. 325. Electio sepulturæ quomodo probari possit . ibid. Pro impubere , qui nequit sibi eligere sepulturam , potest illam eligere Pater . ibid. Facto tamen pubere , patris electio , nisi ratificetur a filio , non valet . ibid. Idem dic de Tute respectu pupilli , &c. ibid. Religiosus num possit sibi , saltem quando moritur extra claustra , eligere sepulturam . ibid. Quid circa hoc possit Superior Regularis . Quid Novitius . ibid. Ubi sepeliendus , qui moritur non electa sibi sepultura. ib. , & p. 326. Vel qui nec proprium sepulchrum habet. ib. Ubi Secularis , si moriatur in monasterio , ubi relicto domicilio , habitabat . ibid. Vel si quis in testamento disposuit , ut sepeliatur in Parochia , in qua moriturus erit , & casu moriatur in aliena Parochia . p. 327. Si quis legatum fecit Ecclesiae sub conditione : *Si ibi sepeliantur* : Si quid accidit , per quod non possit , aut debeat ibi sepeliri , valeatne legatum ? ib. Quis concedere possit jus proprium , & perpetuum sepulturæ in certo loco , ex quo alias possit excludere ibid. Vid. *Simonia. Regulares*. Nequit excommunicatus vitandus sepeliri in loco sacro , et si signa dederit paenitentiæ , sed sine absoluzione ab excomm. decesserit. t. 4. p. 252. Sepeliens autem illum in loco sacro incurrit excomm. majorem . ibid. & pag. 236. Nomine autem sepelientium qui veniant . pag. 252. & 253. V. *Hæretici. Duellum*: Si excomm. vitandus ante mortem signa dat paenitentiæ , absolvitur debet : num etiam a non Sacerdote ? ib. Si moriatur absoluzione obtenta a non Sacerdote . num adhuc possit sepeliri in loco sacro . ib. Quando , & quomodo absolvendum ejus cadaver ; & quid requiritur , ut sic saltem indirecte absolvatur . ibid. Excommunicatus toleratus , et si in excomm. decesserit , non videtur privatus Ecclesiastica sepultura . p. 253.

Sequestrum est contractus , *Quo res inter plures controversa apud aliquem* , qui dicitur *sequester* , *deponitur* , ut ei postea tradatur , qui causam evicerit . t. 2. p. 58. Refertur ad depositum . ib.

Servitus, Servus. Servitus est *Ius in re alterius* , ut ipsa quodammodo serviat alteri . t. 2. p. 179. *Vel qua homo sit mancipium alterius hominis* . p. 343. Dividitur in realem , personalem , & mixtam . p. 179. Realis dividitur in urbanam , & rusticam . ibid. Servitus originariorum quid sit ? p. 129. Introducta est servitus ex 4. titulis , scilicet belli , nativitatis , emptionis , & condemnationis . pag. 343. , & t 4. p. 337. Qui injuste hominem liberum conjectit in servitutem , ad quid teneatur . t. 2. p. 345. Servitus quando est impedimentum dirimens matrimonium ? V. *Impedimentum conditionis* . Servus , quamdui durat servitus , est irregularis . t. 4. p. 337. Si evadit liber , cessat per se irregularitas . ibid. Quid , si evadat libertus . ibid. , Libertinus omnino non est irregularis . ibid. Si velit ascendere ad ordines servus , & plures habeat Dominos , num indigeat omnium permissione . ibid. Durante servitate quis possit dispensare in hac irregularitate . p.338. Servus num

num reputetur reus , si eligat partem minus probabilem relicta ^{pro-}
babiliore tuitore circa voluntatem Domini sui . t . 1 . p . 57 . & seq . Ad
quid teneatur ? t . 2 . p . 344 . Quid Domino debeat . t . 1 . p . 357 . Num
possit , vel teneatur facere eleemosynas . p . 335 . Num possit contrahe-
re . t . 2 . p . 17 . Num testari . p . 47 . Nam institui haeres . pag . 50 .
Num possit licite fugere . pag . 345 . Vid . *Homicidium . Impedimentum*
conditionis . Ecclesiastica sepultura . Conjux . Quæ communicatio li-
ceat servis , & ancillis , quæ non , cum Domino , vel Domina ex-
communicatis vitandis ? t . 4 . pag . 234 . , & seq . Num possint commu-
nicare cum domino vitando etiam in divinis ? Vel cum alio conservo
vitando . p . 234 . & seq .

Sigillum Confessionis est Strictissima obligatio non revelandi neque direc-
te , neque indirecte ea omnia , quæ cognita sunt ex confessione sacra-
mentalii alterius , & quorum revelativo redderet confessionem odiosam .
t . 3 . p . 422 . Unde talis obligatio . ibid . Differt hoc sigillum a secre-
to naturali . ibid . Dupliciter peccat violator sigilli . ibid . Qualiter
punierit . ibid . Num denunciandus . ib . Oritur hoc sigillum unice ex
confessione Sacramentali . p . 423 . Num , etiamsi talis confessio fiat non
approbato , nec habenti intentionem absolvendi , aut nolenti audire ,
aut laico fingenti se Sacerdotem , aut in confessionario , quando puta-
tur falso adesse confessarium , vel , et si confessio non finitur , vel non
sequatur absolutio , vel sit invalida , vel et si peccata narraverit histo-
rice , dummodo addiderit pœnitens : *Me de enarratis accuso , vel si*
peccata scriperit pœnitens absenti . ibid . Quid , si penitens dixerit
confessario peccata ad habendum consilium . ib . , & pag . 424 . Num
sin aliqui casus , in quibus non obligat sigillum ? Puta , si pœnitens
simulet confessionem , &c . ibid . Materia sigilli quæ sit . ibid . Num
*omnia & singula mortalia , et si dubia , vel putata cum suis specie-
bus , circumstantiis , &c . ibid . Num singula venialia in specie , vel*
*in genere . p . 425 . Num etiam scrupuli . ib . Num etiam vota , vir-
tutes , aliave bona penitentis . ibid . Num etiam peccata aliena , seu*
complicis a penitente dicta , &c . ? Vel omne id , de quo dubitatur ,
cadat necne in materiam sigilli . ibid . V . Confessarius . Quos , & ad
quid obliget sigillum ? pag . 426 . Quomodo obligetur Confessarius ,
Superior , Interpres legens chartam Confessionis , vel qui casu , aut
ex industria audit penitentem confitentem . ibid . & p . 427 . Obligatus
sigillo in nullo profrus casu neque directe , neque indirecte potest ejus
materiam ulli revelare , nec ipsi penitenti , nec alteri scienti etiam
*sub sigillo , nec etiam post mortem penitentis . ibid . Quid , si aliun-
de materiam illam sciverit . ibid . Vel si nullum sit periculum reve-
landi penitentem . ib . & p . 428 . Vel si habuerit a penitente expressam li-
centiam . ib . & seq . Multa tamen adhuc circa id cavere debet Con-
fessarius , & Parochus . p . 427 . & seq . Maxime , si velit penitentem*
alloqui de auditis in confessione . p . 428 . Num possit aliquando uti
Confessarius scientia , seu notitia habita in confessione . ibid . ad 431 .
Puta si negare velit indigno eleemosynam , Sacraenta , Ordines ,
&c . p . 429 . Vel non celebrare , si ex confessione sciat , in calice esse
venenum , vel sciat domi parari sibi mortem , &c . p . 430 . & seq . Quid
agere debeat Confessarius , si nequeat aliter confiteri suum peccatum ,
nisi violatione sigilli . p . 269 .

Simonia est Studiosa voluntas emendi , vel vendendi aliquid spiritua-
le , vel spirituali adnexum . t . 2 . p . 152 . Commutare spirituale cum
spirituali (Si excipias beneficia ecclesiastica) non est simonia . ibid .
Bene vero tempore commutare cum spirituali , vel contra . ibid .
Per temporale intelligitur quodcumque pretio æstimabile , quod di-
ci solet munus , five a manu , five a lingua , five ab obsequio . ib .
& pag . 153 . Per spirituale , vel spirituali adnexum quid veniat . ibid .

